KO
2960

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-692248-p0001-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-692248-p0002-3

CHRISTIANI GOTTLIEB RICCII
PROFESSORIS IVRIS ORDIN. GOETTINGENSIS.

# DELINEATIO IVRIS GERMANICI, DE CONVENTIONE OBLIGATIONIS DEBITORIS AD CARCEREM IN CAVSA DEBITI

AD DEBITOREM SVBDOLVM

*Sollicitum te cura tenet, non quomodo ſoluas;*
*Quomodo non ſoluas, maxima cura tua eſt.*



GOETTINGAE
SVMTIBVS VICTORINI BOSSIGELII ET FILII
MDCCLXXVIII.

KOENFRIED UNIVERS. ZV HALLE

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-692248-p0003-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-692248-p0004-5

# PRAELOQVIVM.

Incidimus in ea tempora, in quibus debitorum ad fraudem callidorum protervia eum in modum increvit, ut honeſtis creditoribus, qui eorum blandis et aſtutis verbis fidem attribuunt, et iſtis ad negotiationes ſuſcipiendas et expediendas pecuniam ſuppeditant, hanc tandem non reſtituant, ſed praeterea grandi aere alieno ſubdole contracto creditores quoscunque decipiant, defraudent et effugiant. Cujus generis homines in Ordinationibus *contra decoctores* publicatis merito *furibus* et *nebulonibus* adſociantur, qui utique etiam mererentur, ut iſtorum poenae quoque ſubjicerentur. Quodſi improbi debitores in locis, ubi largam pecuniae ſummam luxurioſe vivendo conſumſerunt, ſubſiſtant, nec poſſideant, unde vivant, nec labore alimenta acquirere velint; non deſunt *male miſericordes*, qui ejusmodi nebulonibus ac defraudatoribus ſubſidia etiam ex Eleemoſynarum collectione glorioſe ſcil. porrigere ſolent, non ſecus ac ſi *pia cauſa* ad decoctorum alimentationem deſtinata eſſet. Rectius ac legibus convenientius cum his prodigis, decoctoribus et diſipatoribus ageretur, ſi in opus publicum v. c. *in Latomias in die Steinbrüche*, *in ergaſtula auf dem Bau*, *in die Zucht- Werk- Raſpel- und Spinnhäuſer*, in opus *metalli*, et miniſterium *metallicum in die Berg-Saltzwerke*, *Schwefel-Gruben*, *Leim-Gruben*, *Schantzgraben* item ad purgandas urbium *plateas*, ad effodiendas *foſſas* muros urbium circumductas, ad ſcin-



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-692248-p0005-0

denda ligna; ad operas mercenariorum faciendas *Karnſchieben*, *Treſchen*, *Teiche auszuſchlämmen und auszuführen*, ad *ſtercus* in curriculum unirotum ab ipſis *conjectum* extra urbem vel pagum in agros vectitandum condemnarentur, et quidem ſecundum modum et quantitatem aeris alieni contracti et non diſſoluti, vel ad brevius vel longius tempus. Nam *carcer*, ubi diſſipator *quiete ac otioſe vivit*, et creditorum etiam expenſis alicubi nutritur, iſtum ad meliorem frugem non reducit, nihil magis in votis habens, quam ut *per omnem vitam* in eo expenſis creditorum enutriatur; ſed ſeveriora remedia hinc inde a ſummis legumlatoribus ſerio praeſcripta a ſubordinatis judicibus contra iſtos religioſe et exacte ſunt exequenda, ut aliis, qui vitam otioſam et luxurioſam etiam degunt, atque callidum ingenium ad creditorum fraudationem gerunt, exemplo ſint, quo melioris vitae genus eligant, et inſtituto et exemplo bonorum ac honeſtorum vivere incunctanter aggrediantur (*). Infitias iri nequit, *tot latebras*, *tot ſuperfugia* vafris decoctoribus huc et illuc exceptionibus ſpecioſis eſſe patefacta, ut vix ac nec vix quidem nequiſſimum ad carcerem deduci contingat. Una nimirum excluſus *cavena*, confugere licet ad *aliam* haud ſecus quam beſtiola illa, de qua PLAUTUS *Truculent. act.* 4. *ſc.* 4. *p.* 15.

Cogi-

(*) Conf. die Königl. Groſsbritt. und Churf. Br. Lüneb. Verordnung wegen der *Banquerouten* §. *1. 2. 3. 9.* das Moſcowittiſche *Banquerout.-Reglement.* §. *31.* Churſächſ. *Banqueroutier-Mandat.* §. *12.* Gothaiſch. Handels- und *Banqueroutiers Mandat* §. *30. et 31. Add. in opuſ.* §. 16. 22. 23. 25. 26. 29. 36. 123.

*Cogitato, mus puſillus, quam ſit ſapiens beſtia.*
*Ætatem, qui uni cubili nunquam committit ſuam,*
*qui, ſi unum oſtium obſideatur, aliud perfugium quaerit.*

Debitores inqui ſunt quaſi mures, qui ſemper alienum edunt cibum, aerisque alieni admoniti creditores ſuos per varia perfugia proterve deludere ſolent. Quodſi autem vitae debitoris hactenus peractae ratio ac modus decoquendi, advocatis teſtibus ſolicite inquiratur et examinetur, exceptiones vafre excogitatae facile deſtruuntur et in fumum abeunt. Ut autem via talibus exceptionibus aliquo modo praecludatur, legumlatores et ICti hinc ac illinc ſuppeditarunt civibus *Pactionem*, qua debitor, ni praefixo termino promiſſa ſolutio ſequatur, ſemet ipſum *ad carcerem* ſeu *cuſtodiam* obſtringit, ſi creditor magiſtratum debitoris adeat, ejusque auxilium ideo imploret. Licet Non-nemo aſſerat: *obligationem, qua quis ad carcerem ſemet obligat, hodie plane locum non habere, niſi cambium et fugam exceperis*, atque alius easdem obligationes ad carceres *ad antiquatas rejiciat*; leges tamen ipſae, uti in hoc exiguo opuſculo extra omnem dubitationem poſitum cognoſcere licebit, ſatis abundeque evincunt, obligationem ad carcerem hodienum locum quoque invenire ac habere poſſe. Ipſe PAUL. IAC. MARPERGER im Neueröffneten Handels-Gerichte *p.* 145. *n.* 5. incarcerationi debitoris locum dari commemorat: *Wann einer* durch ein *Pactum oder* Verſprechen ſich dem Schuldner verbunden hätte, *daß derſelbe ſeine Perſon aufhalten*, arreſtiren, *und in Gehorſam und Hülffe legen möge, welches* pactum *vorbeſtändig zu achten; Jedoch alſo, daß dem Gläubiger das Anhalten, oder in Ge-*

*horſam legen nicht für ihm allein geſtattet werde, ſondern der Gläubiger vermittelſt des Richters, oder der Obrigkeit Hülffe ſolche* Execution *dem* pacto *oder Verpflichtung gemäß nachſuche.* Optandum ſane eſſet, ut creditores ad hanc pactionem de incarcerando crebrius confugerent atque poſtea etiam exacte exſequi niterentur; fortaſſe hic modus procedendi certius efficeret, ut debitores curatius implerent promiſſiones ac modum exſequendi conventum parata ſolutione honeſte declinarent ac effugerent. Hujusmodi pactionis obligationi et juſtitiae neque Leges Imperii noſtri neque ordinationes provinciales obſtant, eamdem potius propalam adprobantes. Quo magis *debitor* prae aliis *dignitate eminet*, eo excelſius in debitis exſolvendis deſudare tenetur, ut aliis etiam debitoribus ſit *exemplar* ad aemulandum religioſe propoſitum. Peſſimum et exſecrabile denominatur exemplum, ſi vir in excelſiori loco et dignitatis ſplendore conſtitutus aes alienum conflatum, quo premitur et diſtringitur, non diſſolvit, ſed creditores inducit ac fraudat, et tandem, quod plane deteſtandum, ludificatur. Verba legum ipſa eum in finem opuſculo adjungere conſultius duxi, ut inde unus quisque Germanorum Decoctor ac defraudator legum ipſarum ſanctiones ponderare, cumque ſuae uitae hactenus actae genere conferre, atque ex iis ad quamnam claſſem ipſe pertineat, cujusque poenae obnoxius nunc vivat, clare percipere poſſit. MANDATA *de Bancae-ruptoribus* in Provinciis *Regis Boruſſiae*, Electoratu *Brunſvico Luneburgico*, *Saxonico* et aliis territoriis non modo juris rigorem fraudis et oſcitationis debitorum vindicem, poenis acerbioribus *pro conditio-*

*ditione defraudantis*, *qualitate fraudis et quantitate defraudatae ſummae* ſtabilitis adauxerunt, ſed et calamitate et infortunio adflictis debitoribus *aequitate* ſalubriter conſulere et ſuccurrere non poſthabuerunt, uti leges ipſae productae confirmant.

Praeterea hic ſubjungere haud inconſultum erit, conventionem obligationis ad carceres in cauſa debiti eſſe omnino *conventionem poenalem*, qua unus contrahentium erga alterum in caſum *non ſecuti implementi* ad certam poenam, ut plurimum *pecuniariam*, ſi contractui non ſatisfaciat, praeſtandam ſe obſtringit. Quotiescunque itaque aliqua poena contractui adjicitur, ſemper obligatio *alternativa* producitur, i. e. ut promiſſum vel *impleat*, vel *poenam conventam* ſubeat. Quamvis haec cautio poenalis toties non modo ab Imperatore im §. *ult. Inſt. d. V. O.* §. 18. *et* 20. *de inut. ſtipul.* ſed etiam a ICtis *in L.* 3. *L.* 5. §. 4. *L.* 38. §. 2. 4. 17. *L.* 68. *L.* 71. *L.* 77. *d. V. Obl.* atque aliis innumeris locis inculcata fuerit; nihilominus tamen vel ex oſcitantia vel ſtudio a juris peritis ac contrahentibus ſaepe negligitur: etſi ejus utilitas ac frugalitas tanta exiſtat, ut *primarium* inter cautelas obtinere poſſet *locum*. Quod per plurima exempla demonſtrari etiam poſſet, niſi eruditis ſatis cognitum eſſet. V. gr. Si quis alicui *certum factum* promiſit et ad illud praeciſe praeſtandum cogi nequit; tunc quidem ex diſpoſitione §. *ult. Inſt. d. Verb. Oblig. et L.* 13. §. *ult. ff. de re judic.* ad id, *quod intereſt*, praeſtandum condemnatur; aſt quam difficilis ſit ejusdem probatio, illi experti ſunt, quibus in judiciis id demonſtrare injunctum fuit. E contrario multo prudentius eſt, ſi contractui ipſi *poena conven-*

*ventionalis* v. c. *pecuniaria* adjiciatur, quae ex documento admodum facile demonſtrari poteſt, ut inde *executio* ſequatur. Illud autem *quod intereſt* regulariter *ordinario proceſſu* per longas ambages plerumque quaerendum eſt. *Conf. in opuſc.* §. 13. Nonnunquam initur *ſocietas*, quae ita reſtringitur, ut ſocius *eidem renunciare haud debeant*; nihilominus tamen eidem renunciari poteſt *per legem* 14. *et* 70. *pro ſoc.* atque adeo utiliſſimum foret, in caſum ſuſceptae renunciationis poenam aliqualem contractui ſocietatis ſtatim adjici. Vid. LUDERUS MENCKENIUS *ad ff. Lib.* 17. *tit.* 2. §. 10 *p. m.* 501. Varia eaque inevitabilia incommoda proceſſuum provide declinari ac averti poſſent, ſi contrahentes ipſis contractibus *poenam aliquam conventionalem* annecterent. Denique ubi contrahentibus et hoc placuiſſe apparet, ut poena conventa et praeſtita, liberatio a contractu contingat. *L. ult. ff. de L. Commiſſ.* unde et cautio haec ſubinde commendari ſolet, ut expreſſe ſimul caveatur, quo, ſoluta inita poena, a contractu reſilire liceat. Vid. BERGERI *Oec. Iuris Lib. III. tit.* 1. §. 4. *p. m.* 562. Quando pactum *reſolutivum* inter contrahentes intercedit, tunc a contractu in ſolidum receditur ob mutuam poenitentiam. *L.* 5. §. 1. *d. Reſcind. Vendit.* LUD. MENCK. *ad ff. Lib.* 18. *Tit.* 1. §. 30. *p. m.* 522.

---

# SYNOPSIS.

§. 1. Antiquiſſimi Germani pecuniarum commercia atque adeo remedia nefarios debitores coercendi ignorabant; procedente vero tempore et fide frigeſcente, debitores ſe *in Wadium*, in *ſervitium*, et *ad manus creditoris* et tandem *ad carceres* in cauſa debiti obligabant.

§. 2. Pactum obligationis debitoris ad carcerem deſcribitur.

§. 3. Haec obligatio eſt vel *expreſſa* vel *tacita*.

§. 4. Neque ea juri naturali, neque civili neque ſtatui hominum;

§. 5. Neque legibus Imperii, provinciarum et civitatum eſt adverſa.

§. 6. Olim diſceptabatur: num debitor aut ejus fidejuſſor ſe ad carcerem obſtringere poſſent, hodie *affirmativa* in Iure Imperii Romano-Germanici eſt fundata.

§. 7. Haec obligatio etiam conventione conſtituitur.

§. 8. Ergo qui valide contrahere poteſt, ad hanc conventionem quoque admittitur.

§. 9. Conventio haec etiam legibus debet eſſe conſentanea.

§. 10. Non valida eſt, *ſi ipſi creditori* debitorem carceri includere indulgeatur.

§. 11. Conventioni huic etiam *ad Intereſſe*, ſi promiſſum non adimpleatur, locus datur, et fidejuſſor ipſe ad carcerem ſe obſtringere poteſt, licet debitor ad iſtum ſe haud obligaverit.

§. 12. Habet quoque locum ratione obligationis *dandi* et *reſtituendi*: An poena conventionalis duplum excedere poſſit?

§. 13. Itemque an intuitu obligationis *faciendi* obtineat?

§. 14. Iure Romano et multis provinciis carcer lege obtinet loco poenae, ſi ceſſione bonorum facta, debitor non ſolvendo exiſtat.

§. 15. In *Sileſia* quidem arreſto non datur locus adverſus *nobiles*, *cives* et *ſubditos* immobilia *poſſidentes*: *ſi vero ad carcerem ſe pactione obſtrinxerint*, eidem ſubjiciuntur, excuſſione bonorum etiam non peracta.

§. 16. Licet quondam poena carceris conventionalis in Duc. *Magdeburgico* irrita eſſet; hodie tamen, uti *in aliis Regis Boruſſiae*, ita quoque in *Magdeburgicis terris* locum obtinet conventio debitoris ad carcerem. Ubi *in univerſum* ſeveriſſima poena in defraudatores et decoctores ſancita legitur.

§. 17. *Iure Danico* non modo jus *obſtagii* ſ. *cuſtodiae liberalis*, ſed etiam conventio ad carcerem valet, ſolutione debiti deficiente.

§. 18. In *Bohemiae et Moraviae civitatibus* conventionem debitoris ad carcerem validam eſſe, ex ſtatutis civitatum colligitur.

§. 19. Idem etiam valere in *Auſtria Inferiori* ratione utriusque ſexus conſtat.

§. 20. Idem quoque obtinere in *Pomerania Citeriori* intuitu debitorum traditur.

§. 21. Iure *Pruthenico* debitoribus haud dubie ad carcerem ſe obſtringere permittitur.

§. 22. In *Ruſſorum* Imperio, ubi decoctores *nefarii* graviſſimae poenae obnoxii vivunt, conventioni debitorum ad carcerem quoque locus eſt.

§. 23. In *Curlandia* idem pactum locum invenit.

§. 24. Ex Statutis *Rigenſibus* patet, ibi conventionem obligationis debitoris dictam in actum deduci poſſe.

§. 25. Ex Mandato civitatum *Anſeaticarum* quilibet percipiet, ibidem et dictae conventioni locum dari.

§. 26. In terris *Saxonici Electoratus* et ubi ejusdem leges receptae ſunt, idem obtinet.

§. 27. In *Saxonia Elect.* nec feminae ab hac conventione arcentur *in cauſa proprii debiti.*

§. 28. Feminae innuptae, etiam nobiles *in Hollandia* eadem pactione ſe devincire poſſunt.

§. 29. In Electoratu *Brunſv. Luneb.* decoctores doloſi et culpoſi *acerbiori poenae* ſubjiciuntur: nihil igitur obeſt, quin et ibi conventioni ad carcerem locus detur, vel dari poſſit.

§. 30. Ejusd. pactionis adplicatio etiam in *Luſatia ſuperiori* obtinet.

§. 31. Idem aſſerere licet de principatu *Iſenacenſi.*

§. 32. Quod et dicendum de Principatu *Gothano.*

§. 33. Et de *Altenburgico.*

§. 34. In *Bavaria* ſimili modo.

§. 35. Quin imo in terris *Heſſo-Caſſellanis* et *Hanovienſibus.*

§. 36. Multo magis in *Culmbacenſi* Marggraviatu.

§. 37. Atque in Comitatu *Schwarzeburgico.*

§. 38. in *Schauenburgico* comitatu.

§. 39. Neque laudata conventio debitoris ad carcerem excluditur in terris

ris

ris *Schleswico Holſaticis* et *Eyderſtadenſibus*, licet ibidem *jus obſtagii* adhuc exerceatur.

§. 40. Idem eſt quoque aſſerendum de Statutis *Stadae* civitatis in Ducatu *Bremenſi*.

§. 41. *Norimbergae* eundem in modum contrahere poſſe partes videtur.

§. 42. *Francofurti ad Moenum* conventionem in carcerem inire debitori licet.

§. 43. Item *Hamburgi*, ubi quamdiu ipſe ſenator debitor non ſolvit debitum agnitum, tamdiu ad ſeſſionem in Senatu non admittitur.

§. 44. *Lubecae* debitores ſe quoque ad carcerem obſtringere poſſe patet, et debitor caſus *infortunii* ipſe probare tenetur.

§. 45 *Mühlhuſani* cives ſe non ad *Gefängniß*; bene tamen ad *Gehorſam* obligare poſſunt.

§. 46. *Lüneburgi* cives ac incolae ſe ſine dubio ad carcerem devincire poſſent.

§. 47. De ſubditis Ducat. *Guelpherbytani* idem confirmandum eſt.

§. 48. In diſtrictu *Bremenſi* et *Stadenſi* pariter jam olim quoque obtinuit.

§. 49. Etiam *Erfurti*.

§. 50. Civitas, quam *Dantiſcum* nuncupant, conventiones obligationis debitoris ad carcerem civibus quoque permittit.

§. 51. Oppidum *Weiſſenfels*, ſive Leucopetra ſimili ratione.

§. 52. Item oppidulum *Heldburg*.

§. 53. Et *Minda*, civitas *Weſtphalica* indulget.

§. 54. Ubicunque leges ipſae nefarios debitores ac decoctores non ſolventes ad carcerem condemnant, ibi et conventio debitoris ad iſtum haud dubie locum invenit.

§. 55. Modus aliquis ad carcerem ſe deviuciendi refertur.

§. 56. Niſi debitor de fuga ſuſpectus ſit, incarceratio ejus diebus *feſtivis* non conceditur.

§. 57. Diſcrimen intuitu hujus pacti inter *fora Sax.* aliaque et quae *jure communi* adhuc reguntur.

§. 58. Iure *communi* tum demum debitor carceri includitur, ſi excuſſione bonorum peracta, bona creditori non ſatisfaciant; Iure autem Saxonico ſtatim absque excuſſione bonorum ad incarcerationem progreditur judex.

§. 59. Num iſtae perſonae, quibus *competentiae* privilegium competit, ad carcerem ſe valide obligare poſſint?

§. 60. Ex quibus rationibus nobiles, profeſſores, doctores aliaeque privilegiatae perſonae in carcerem detrudi queunt.

§ 61. Si enumeratae perſonae conventione in eventum ſolutionis non praeſtitae ſe obſtrinxerint, tunc omnino carcerem ingredi tenentur.

§. 62. Alicubi contra ſuos cives incarcerationi non datur locus, ſi *alienigena* actionem moveat, niſi *reverſales* exhibeantur, quae autem in Saxonia Elect. non exiguntur.

§. 63. *Clerici* e regula ſunt carceris immunes.

§. 64. Poſſunt tamen ad carceres ſe conventione obſtringere.

§. 65. *Ruſtici*, *opifices* et *cives vulgaris conditionis* ſe quoque ad carcerem devincire queunt, licet alicubi a cambiis arceantur.

§. 66. Qualis ſubſcriptio debitoris in chirographo carcerali ſufficit?

§. 67. Ad chirographum hujus conventionis charta ſignata multis in locis exigitur.

§. 68. Requiſita ad carcerem publicum.

§. 69. Creditor *privata* auctoritate debitorem carceri includere nequit.

§. 70. Modus procedendi adverſus debitorem ad carcerem obligatum.

§. 71. Si debitor *ſub poena recogniti* citatus non compareat, documentum pro recognito declaratur ante, quam ad carcerem detrudatur.

§. 72. Quo modo citatio ad debitorem non ſolventem adornetur.

§. 73. Quid juris, ſi debitor prima alteraque citatione praevia contumax exiſtat?

§. 74. Actor in hoc proc. executivo cautionem pro expenſis debitori praeſtare tenetur.

§. 75. Si talis debitor fugam capeſſat, litterae arreſtatoriae emittuntur.

§. 76. Ipſe imperator requiſitus easdem litteras quoque decernit.

§. 77. Debitor documentum, in quo ſe ad carcerem obligatus dicitur, etiam diffiteri ſolet.

§. 78. Debitor ad recognoſcendum per mandatarium comparere poteſt, in termino autem ſolutionis in perſona ſe ſiſtere tenetur.

§. 79. Iure Saxonico caſus *infortunii* ipſe debitor demonſtrare tenetur, non creditor *culpam* aut *dolum* debitoris decoquentis.

§. 80. Contra ſententiam incarcerationis *leuterationi*, ſ. *ſupplicationi* vel *appellationi* locus eſt.

* Contra ſententiam liberationis quoque.

§. 81.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-692248-p0014-0

§. 81. Incarceratus, qui valde *aegrotat*, ex carcere dimitti poteſt.
§. 82. Quomodo *carcer* debitorum ordinatus eſſe debeat?
§. 83. Creditor debitori incarcerato non praeſtat cautionem.
§. 84. Solvit tamen commentarenſi *die Sitz-Gebühren.*
§. 85. Huic etiam ob alimenta jus *retentionis* competit adverſus debitorem.
§. 86. Obligatio debitoris ad carcerem non tranſit ad ejus *heredes*, niſi hi ſemet ipſos expreſſe ad eum adſtrinxerint.
§. 87. Contra hos tamen *executive* in hereditaria bona parentum agi poteſt.
§. 88. Pluribus debitoribus competit exceptio *diviſionis*, ceſſat tamen et haec variis caſibus.
§. 89. *Fidejuſſor* non, niſi ſpeciatim ſe ad carcerem obligaverit, ei obnoxius eſt, niſi certis caſibus.
§. 90. Captura debitoris non liberat *fidejuſſorem.*
§. 91. Creditore debitori ſuo tempus ſolutionis prorogante, fidejuſſor finito primo tempore, liberatur.
§. 92. Debitor *aequalem* vel *probam* monetam reſtituere et *quincunces* tantum uſuras ſolvere tenetur.
§. 93. *Iura* et actiones contra debitorem non aliter, quam ut penes cedentem extant, *ceduntur.*
§. 94. Cujus *ſumtibus* ac expenſis debitor incarceratus *ali debeat?*
§. 95. *Quantum* loco alimentorum ſubminiſtrandum.
§. 96. Quorum ſumtibus debitor carceri incluſus in Saxonia et Marchia Brandenb. alimoniam recipiat.
§. 97. Ceſſio bonorum *jure Sax.* debitorem non liberat a carcere.
§. 98. Realem ſolutionem jura Saxonica exigunt.
§. 99. Praedium aliquod immobile, mox *vendibile* liberare poteſt, niſi pecuniam ſolvere *juraverit.*
§. 100. *Tage oder Erbegelder*, *Erbzinſen* oblata non liberant a carcere, creditore invito.
§. 101. Petitione executionis *in bona debitoris*, a pactione *de incarcerando* non recedit creditor.
§. 102. Pactum *remiſſorium* majoris partis creditorum noſter creditor acceptare quoque tenetur.
§. 103. Calamitoſus debitor carceri non mancipatur.

§. 104.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-692248-p0015-6

§. 104. Quid *Lipſiae* ratione *peregrini debitoris* ad carcerem obligati obtineat.

§. 105. Creditori pecuniam *apud debitorem ſui debitoris* etiam arreſtari integrum eſt.

§. 106. Num obligatio debitoris ſub declaratione *infamiae* fieri queat?

§. 107. Debito, ob quod incarceratus eſt, ſoluto, ob alind in carcere detineri nequit, niſi aequalis obligatio ſit praeſto.

§. 108. Quodſi ſolutio jurato promiſſa.

§. 109. Ob debitum modicum carceri non eſt locus.

§. 110. Exceptio non numeratae pecuniae contra tale inſtrumentum, niſi in continenti liquida, non admittitur.

§. 111. De *praeſcriptione* obligationis debitoris ad carcerem.

§. 112. Et de ea, ſi eccleſia vel alia pia cauſa ſit *creditrix.*

§. 113. Obligatione praeſcriptione extincta, evaneſcit in nihilum etiam actio.

§. 114. Pactum, quo debitor ſe *ſub pictura famoſa* obligat, hodie ceſſat. Decoctor tamen doloſus laborat infamia facti.

§. 115. Debitor ſe quoque eventum non ſecutae ſolutionis *ad operas creditori* hinc ac illinc ſe devincire poteſt.

§. 116. Allegantur non nullae leges contra defraudatores *publicorum aerariorum* et *redituum*, qui fidem jurejurando firmatam frangunt.

§. 117. Obligatio debitoris ad carcerem differt *ab obligatione ex cambio.*

§. 118. Item *ab obligatione ad obſtagium.*

§. 119. Et denique ab ea, qua debitor ſe *ad certum locum*, donec creditori ſatisfaciat, inde non receſſurum, obſtringit.

§. 120. De Addictione debitoris ad manus creditoris.

§. 121. De conſtituto poſſeſſorio.

§. 122. De fidejuſſoria et pignoratitia cautione.

§. 123. Receſſus Imperii Decoctores in claſſem furum referunt.

§. 124. Concluſio.

DE

# DE
# CONVENTIONE OBLIGATIONIS DEBITORIS AD CARCEREM EX CAVSA DEBITI.

## §. I.

In legibus Germanorum antiquiſſimis ob eminentem promiſſorum fidem, TACITVS *d. Mor. Germ. cap. 24 et Annal. 13. 54.* & ob commerciorum penuriam et luxus raritatem remedia dilapidationem debitorum coercendi, eosque ad ſolutionem debiti compellendi adhuc nondum prodita erant, ſiquidem leges nec *mutui* quidem mentionem, ſi exceperis *Wiſigothorum leges*, injecerunt. Lex enim WISIGOTHICA *Lib. V. tit. IV.* in rubrica *commodati* meminit, quae tamen §. IV. agit de *Mutuo*, vel uti legislator *§. cit.* loquitur: *de pecunia commodata* (*). Et quamuis Germanis veteribus *mutuum* adhuc ignotum fuiſſe videri poſſit ideo, quod pecuniae uſum ſatis diu nullum haberent,

(*) Veteres Germani *mutuum* et *commodatum* ſubinde pro ſynonimis uſurparunt. v. c. in *Capitulari Carol. M.* incerti anni ap. BALUZ. *T. I. p.* 316. n. 18. diſponitur: *ut qui commodaverit pecuniam, pecuniam accipiat, ſi ſpeciem aliam, eamdem ſpeciem quantum dederit, accipiat.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-692248-p0017-7

rent, teſte TACITO *d. Mor. Germ. cap. 5.* illud tamen in alia *quavis re fungibili* conſiſtere potuiſſe, ſatis cognitum eſt, adeoque et hic contractus *mutui* locum invenire potuit, etiamſi adhuc *auro et argento* caruerint homines. Inficias tamen eundum haud eſt, rariorem ac infrequentiorem inter veteres Germanos fuiſſe hunc contractum, quia antiquiſſimae leges, ſi a *Wiſigothicis* diſceſſeris, de eo mentionem faciunt nullam. Apud FRANCOS, qui minus ſoluendo erant, ſemet ipſos *in ſolutum dabant*, atque id in ipſis chirographis pollicebantur debitores. *vid.* MARCULF. *formul. Lib. 2. cap. 27.* *Quodſi exinde negligens aut tardus aperuere, licentiam habebis, ſicut et ceteros ſervientes veſtros diſciplinam corporalem imponere.* Debitores apud *Ripuarenſes* mulctam ſolvere neſcientes saepius ſe ipſos *pignoris loco* dabant, ut nos condocet *Capitulare anni 803.* de *Lege Ripuarenſi Cap. 3.* his verbis: *Homo ingenuus qui mulctam quamlibet ſolvere non poterit, et fideiuſſores non habuerit, liceat ei ſemetipſum in* WADIUM (*i. e. pignus*) *ei, cui debitor eſt, mittere, usque dum* mulctam, quam debuit, *perſolvat. Vid.* ECCARD. *Leges Salic. et Ripuar. p. 230.* Leges WISIGOTHORUM *Lib. V. tit. 6. cap. 5. ap.* GEORGISCH. *Corp. Jur. Germ. antiq. p. 2005.* LANGOBARDORUM *Lib. VI. cap. 55.* ap. GEORGISCH. *l. c. p. 1082 et p. 991.* BAJUARIORUM *Tit. I. c. 2. n. 1. et tit. II. cap. 1. n. 4. 5. ap.* GEORGISCH. *l. c. p. 261. et 265.* et SAXONUM CAROLI MAGN. *Capitulatio de Partib. Sax. cap. 20. ap.* GAERTNER. *in LL. Sax. p. 142.* moroſos debitores *in ſervitium* creditoribus adjiciebant. Neque in medio aevo *juris Saxonici* et *Suevici ſpecula* eorumque diſpoſitiones diſceſſionem faciebant, quae debitores ſolvere neſcientes *ad manus* creditorum *tradebant* et *compede conſtringi* jubebant. *Sie wurden zur Halfter vertheilet, oder an die Hand gegeben. Jur. Saxon. Prov. Lib. III. a. 39. Ius Svev. Provinc. c. 131.* Sed progreſſu temporum alia quoque remedia ad mutuum ac ſua debita reciperanda excogitarunt et ſtabiliverunt majores noſtri, intra quae *conventio obligationis debitoris ad carcerem* etiam conſpicitur, de qua nos agere intendimus.

§. II.

§. II.

Haec autem eſt pactio inter creditorem et debitorem inita, qua debitor ſe ita obſtringit, ut creditori iſtum in eventum morae aut non praeſtitae ſolutionis per judicem, debito judicialiter agnito, in carcerem conjicere, inque eo tam diu detinere liceat, donec ſolutionem praeſtet. Cujusmodi carceris finis eſt, ut debitores ſecuri extenuatione et moleſtia cuſtodiae publicae deterriti intra ſuas ſe rationes cohibere diſcant, et promtius ſuis creditoribus, quod debent, exſolvant.

§. III.

Dividitur haec conventio vel in *expreſſam*, ſi ea inter creditorem et debitorem diſerte initur, vel *tacitam*, ſi tale negotium inter eos peragitur, ob cujus non ſecutam impletionem aut ſolutionem *leges ipſae* creditori permittunt, debitorem in carcerem conjicere. Haec enim obligatio debitoris ad carcerem *bifariam* occurrit. Exoritur *vel* ex praevia et ſpeciali cum creditore *pactione*, *vel* ex ipſa jurium *ſanctione*, quae ad creditoris implorationem debitori non ſolventi in ſubſidium infligitur et dicitur plerumque *die Straffe des Schuld-Thurms*.

§. IV.

Pactionem hanc juri naturae et civili non repugnare, exinde pateſcit, quia creditori debitorem volentem detinere non interdictum eſt, ob juſtam enim cauſam v. gr. *conventionem* creditor pro ſe habere poteſt jus hominis liberi in cuſtodia publica detinendi. Neque nobis obſtat ratio, quare jus civile ejusmodi conventionem de carcere ob moram ſolutionis promiſſae ineundo impediat, ſiquidem talis carceris mancipatio non tollit libertatem debitoris *ſimpliciter et abſolute*, ſed illam dumtaxat *conditionaliter* reſtringit, nempe *ſub conditione*, *ni ſolverit*. Libertas enim ſub hac conditione *reſtricta* redintegratur, ſi a debitore ſolutio vel alia ſatisfactio creditori praeſtetur. Quanquam debitor ſe ad carcerem eo pacto obſtrinxerit, deinde ab ipſo creditore *non pro lubitu* et auctoritate *propria* ille in carcerem

 conjici

conjici poteſt. ſed requiritur, ut *officium judicis* etiam hoc caſu imploret, ejusque miniſterio, recognitione cauſae facta, debitor publico carceri, donec creditori ſatisfactum, includatur. *L. 3. C. d. Juriſd. omn. judic.* CARPZ. *P. 2. Conſt. 21. def. 1. n. 5.* MEVIUS *ad Conſtit. Bremenſ. P. II. c. 1. n. IX. p. m. 10. ſq.*

## §. V.

Licet haec conventio et praxis carceris debitorum olim rarior fuerit; hodie tamen augeſcente ſub exulceratis ſeculis hominum malitia et perfidia, opus fuit frequentioribus coercendi mediis. MYNSING. *Obſ. 51. Cent. 6.* et *Conſilia Hallenſium Ictor. Conſ. XII. n. 7. p. 59.* Neque obligationi ac juſtitiae hujusmodi conventionis ad carceres *leges Imperii* et *conſtitutiones provinciarum Germanicarum*, neque dignitates debitoris repugnant, ſed iſtam potius adprobant, uti ex infra dictis hinc et illinc eluceſcet; GAILL. *Lib. II. Obſ. Pract. 45. n. 3. p. m. 369.* quamvis nobilibus et dignitate eminentibus *liberiorem cuſtodiam* eſſe indulgendam, inficias iri nequeat. v. gr. *Stuben oder Hauß-Arreſt.*

## §. VI.

Jam dudum inter Jureconſultos quaeſtio excitata et diſceptata fuit, an *debitor* vel *fidejuſſor* ad carcerem ſe obſtringere poſſit? BURCKARDUS BARDILUS in *tractatu de obligatione faciendi. §. 49. p. 63.* inſignem numerum *Negantium* et *Affirmantium* JCtorum recenſet; ipſe autem *affirmantibus* rationum gravitate fretis ac incitatis adſtipulatur, atque adeo lectorem ad eundem remittimus, ubi grandem rationum pro affirmativa argumentantium numerum operoſe agglomeravit. Hodie hanc conventionem *jure Imperii Romano-Germanici* in cauſis *civilibus* eſſe fundatam manifeſto animadvertimus. In Imperatoris CAROLI V. *Reformatione politica d. ao. 1548. Auguſt. Vindelic.* jam carceris *decoctorum* mentio fit, verbis hisce: *Daß ſolche Handthierer und Gewerbs-Leute, ſo* ſürſezlicher und betrüglicher Weiſe *und uicht aus kundlichen zugeſtandenen Unfall aufſtehen, und*

Banke-

Bankerot machen, *hinführo von keiner Herrſchaft oder Obrigkeit* aufgenommen, *noch vergleitet und geduldet*, *ſondern wo ſie* zur Haft angenommen, dem Kläger zu Recht gehalten *und nach Geſtalt der Sachen geſtraffet werden &c.* Et de *conventione debitoris ad carcerem* in *Receſſu Imperii Ratisbonenſi d. ao. 1594. §. 82.* hunc in modum diſponitur: *Und ſo viel die ungleiche Meinungen und Verſtand des* Worts, Arreſt, *und daher eingefallene Streit belanget, dieſelbe zu entſcheiden, wollen wir daß die* Conſtitutio *arreſtorum* ad *illicita arreſta facti*, quae fiunt *propria* auctoritate ſine cognitione cauſae, *und die ihrer* rechten Eigenſchaft nach, *wahre und in Rechten verbothene* Arreſte *genennet werden*, *zu verſtehen*, *und ad licita de jure permiſſa Arreſta*, *welche* ratione contractus *confeſſati*, *rei judicatae*, *conventionis*, *pacti*, *transactionis*, *conſuetudinis*, *privilegii*, *auch gewönlicher hergebrachter Nachſteuer*, *Abzug*, *rechtmäſſig erlangten und gewönlichen Zolls halber ſich zutragen möchten*, *nicht zu extendiren ſey.* Quo Receſſu Imperii Germanici permagnae diſceptationes, quae antea in Camera Imperii agitabantur, operoſe ſunt deciſae. *Add. Ord. Imp. Polit. d. ao. 1577. tit. 23.* ubi adverſus decoctores malitioſos graviter agitur, iique *furibus* adſociantur. Vid. Andr. Gaill. *Lib. II. Obſ. 45. n. 3. p. 369. et de Pace publica Lib. II. c. 2. n. 8. p. 91.* atque *de Arreſtis cap. 6. n. 63. p. m. 52.* L. B. *ab* Andler *Juriſpr. public. et privat. Lib. I. Tit. V. P. XI. n. 53.* Ortholph Fomann *diſp. de obſtagio §. 29.*

## §. VII.

Quia haec obligatio debitoris ad carcerem conſtituitur conventione, ſua ſponte conſequitur, regulariter *neminem*, ut hujus generis obligationem ineat, *invitum compelli* poſſe. Licet enim hujusmodi conventio creditori ad conſtabiliendam *mutui dationem* maxime ſit utilis; debitor tamen ad eamdem adigi nequit, ſi creditor alio modo pecuniam mutuam dare deneget.

## §. VIII.

Qui contrahendo ſeſe aliis obligere valent, iſtis quoque conventionem *ad carcerem inire* integrum eſt; atque adeo prodigis, pupillis et minoribus curatorem habentibus, *ſine tutorum curatorumve conſenſione* eandem concludere minus indulgetur.

## §. IX.

Conventioni obligationis *ad carcerem* vel poenam non datur locus, niſi obligatio legi ſit *conveniens*; ergo ſi quis in fraudem *legitimarum* uſurarum conventioni addiderit: *ſi die praefixo* ſolutionem debiti 100. Joachimicorum poſt annum non praeſto, ſub poena carceris ultra 100. Joachim. *ſolvam 12 Joachim.* vel *ſolvam 112. joachimicos.* Hic enim *ultra ſortis quantitatem* certum quid, ſine probatione ejus, *quod intereſt*, tanquam ejus acceſſio promittitur, atque adeo *loco uſurarum* promiſſum cenſetur; propterea tantum valet, quatenus *intra legitimum uſurarum modum* conſiſtit, quoad exceſſum vero eſt ipſo jure nullum. *L. 13. §. 26. ff. d. act. emt.* LAUTERB. *Diſp. de poena conventionali Cap. VI. §. 30. p. 17.* Idem obtinet *in emtore*, quod hic poenam adjiciat tanquam acceſſionem *ad ſortem*, ſive *ad debiti quantitatem*, atque ſic ipſa vicem *uſurarum* obtinere videatur; pecuniae vero, quam debet, non alius *fructus* eſt, quam *uſurae*, ita, ut qui *majorem* pecuniae fructum paciſcitur, is contra legem vel in fraudem ejus paciſci videatur. Et haec quoque in *locatione* obtinent, quoad *mercedis* ſolutionem, quippe cui in caſum *morae* poena uſuris major valide addi nequit. Et ita in aliis ſimilibus. LAUTERB. *cit. diſp. §. 31.*

## §. X.

Pactum, ut creditori liceat, *autoritate propria* debitorem in termino non ſolventem capere et cuſtodiae includere, non valet, etiamſi jurejurando fuerit munitum, quia incarceratio eſt *actus ICtionis*, non a privato, ſed a judice expediendus. *Vid.* JO. HERM. STAMM. *Tr. de Servitute perſonali. Lib. I. tit. 4. §. 13. p. 181.*

§. XI.

## §. XI.

Initur quoque ſubinde a contrahentibus conventio, qua alicujus rei promiſſor, ſi promiſſum *ſua culpa* haud impleat, ſe *ad poenam* aliquam certam carceris vel pecuniae, loco ejus quod intereſt, obligat, de quo argumento conveniendi ſpeciatim egit LAUTERBACH *in Diſp. de poena conventionali hab. Tubingae 1666.* Hanc poenam non tantum debitores principales, ſed etiam *fidejuſſores* et ſimiles debitores *acceſſorii* promittere ſolent; idque licet ab iſtis ſc. debitoribus *principalibus*, nulla fuerit promiſſa; Illi tamen quoque hujusmodi poenam polliceri poſſunt, qui *veri debitores* non ſunt, ſed naturaliter tantum obligati. *Vid.* LAVTERBACH *diſp. cit. §. 15.* Item jure civili uxoribus in ſecuritatem dotis reſtituendae poenam mariti ſtipulari non prohibentur. LAVTERBACH *d. c. §. 17.*

## §. XII.

Idem et obtinet in *Saxonia Elect. ſecundum §. 4. tit. 39. Recogn. Ord. Proc. Sax. p. m. 213.* intuitu obligationum *dandi*, *reſtituendi*, atque adeo in iisdem etiam locus erit poenae conventionali, licet ea olim, teſte BERGERO *Oec. Jur. L. 3. tit. 1. th. 4. n. 1. p. m. 561.* non admitteretur. Jure tamen *civile ad dandum obligatus praeciſe* dare tenetur. *§. 2. I. de Donat. L. 57. §. ult. d. V. oblig.* Atque adeo in obligationibus *dandi* jure *civili* poena conventionali locus non eſt, quia *dandorum* certa eſt aeſtimatio BERG. *l. c.* At enim vero et haec legis civilis diſpoſitio in Germania abrogari poteſt. Quaeſtio etiam excitatur, an poena *conventionalis* poſſit excedere *duplum debiti?* Cum haec conventio non ſemper ob id, quod intereſt ineatur, ſed ideo saepius tantum adjiciatur, ut contractus ſervetur; et poſito, quod ſit loco ejus, quod intereſt, non tamen reſtringitur ad duplum, quia proviſio hominis tollit proviſionem legis. Quid? quod, licet *Lex unica C. d. ſentent., quae pro eo, quod intereſt, proferuntur*, eas poenas tantum exigere permittat, *quae vel cum competenti moderamine proferuntur*, ad quod reſpondetur: moderamen eſt in poenis conventionalibus. ab ipſis partibus utriusque voluntate determinatum; niſi a le-

gibus

gibus certo fine concluſae ſtatuantur. Hoc ſane *eadem lege* fixum, quod *certam* habet quantitatem *duplum* excedere non debere.

## §. XIII.

Praeterea notari meretur, quod *obligationibus faciendi* etiam poena conventionalis pecuniaria l. carceris adjici poſſit. *L. 3. ſiquis in jus voc.* et loco ejus, *quod intereſt*, habeatur. BERGER. *Oec. Juris loc. cit.* p. m. 561. Inprimis quum hodie in *Saxonia Electorali* reus *ad factum* condemnatus praeſtatione ejus, *quod intereſt*, uti *L. 13. §. 1. d. re judic.* erat conſtitutum, non liberetur, *ſi implementum facti in ejus poteſtate eſt*, ſed teneatur intra 14 dies ſub certa poena, quam in praecepto *executivo* judex determinat, judicato ſatisfacere; quod ſi neglexerit, nec juſta ex cauſa dilationem, quae non, niſi ſemel concedenda eſt, impetraverit, poena ab eo exigenda, illeque alia poena eaque *majori*, imo et poena *carceris*, aliove modo legitimo compellendus eſt, ut iudicato ſatisfaciat. *Vid. Recogn. Ord. Prov. Sax. Elect. Tit. 39. §. 2. p. 212. Conf.* GROENEWEG *de Leg. abrog. ad L. 13. §. 1. d. re judic.* CHRISTIN. *Vol. I. Dec. 323. n. 8.* SCHILTER *Ex. 8. th. 2. in fin.*

## §. XIV.

Permultis in provinciis ac civitatibus obligationi debitoris ad cuſtodiam publicam ſ. *carcerem ex ipſa juris diſpoſitione* locus datur, quando ad creditoris implorationem poena debitori faudulento et excuſſo in ſubſidium inſligenda, ne ejus malitia maneat impunita, ſaltem, qui in aere non habeat, luat in corpore, et haec poena hinc inde vocatur *die Straffe des Schuldthurms.* Licet hic animadvertendi modus Juri Romano parum conſentaneus exiſtimetur. *Vid. b.* ABR. KAESTNERI *diſp. de obligat. ad carcerem ex cauſa debiti. §. 22.* GAILL. *Lib. 1. Obſ. Pract. 24.* Is tamen Lege JULIA *de ceſſione bonorum*, communi uſu in foro civili approbatus videtur, cujus legis haec ſumma eſt: *quod debitoribus fortunae injuria depauperatis licere debeat*, citra metum carceris *et aliorum cruciatuum bona ſua creditoribus cedere*

*re et tradere. Ceteri vero qui non fortunae*, *ſed* proprio aliquo vitio *non ſoluendo facti ſunt, ad redhibitionem debitae quantitatis congrua atque digniſſima* ſuppliciorum *acerbitate cogi poſſunt*, prout expreſſum eſt in L. 1. *Cod. Theodoſ. qui bona ex Leg. Iulia ced. poſſunt.* Exinde igitur pro fundamento et principio eſt notandum, quod lex illa *Iulia* non omnia vincula, nec omnem nexum, *nec omnem carcerem* in debitorum perſonis ſuſtulerit, ſed eos debitores, qui *injuria fortunae* depauperati ſunt, ab illis immunes eſſe voluit; ceteros autem qui *ſua culpa* et *oeconomia* non ſolvendo facti, juſtis ſuis ſuppliciis obnoxios manſiſſe ſimul patet, ſoli debitores *infortunio* depreſſi gaudent *beneficio ceſſionis bonorum.* Ex quo diſpateſcit, jure Romano *carceris coercitionem* non plane exulare. Interim tamen confectum eſt, debitorem poſſe beneficio ceſſionis renunciare, et ſeſe ſolum poenae carceris ſubmittere, quae ad evitandum ceſſionis beneficium eſt adhibita. *Vid.* Ill. Carl. Frid. Walchii *Introd. in controverſias Iur. civil.* p. 481. Io Frid. Olearii *diſſ. de renunciatione ceſſionis bonorum a debitore facta. Lipſiae 1703.* In Regnis vero exteris non minus, quam in Germanicis provinciis et plerisque civitatum ſtatutis hodie uſu ac lege invectus cognoſcitur carcer, uti evincitur in ſequentibus §§.

## §. XV.

In Ordinatione *Proceſſus*, quam Auguſtiſſimus Rex Boruſſiae Fridericus II. in *Ducatu Sileſiaco Inferiori* an. 1742. publicari fecit, Tit. L. §. 9. et 10. p. 151. de *conventione obligationis debitoris ad carcerem* cum creditore inita ita diſerte ſancitur, ut non minus *feminae* quam *mares* ſe ad carceres obligare poſſint, interventu pactionis, prout lex nos condocet hisce: *fürnemlich können auch* arreſte *verhänget werden*, wenn der Schuldner in denen *obligation*en ſeinem Gläubiger zugelaſſen *auf dem Fall, da er den Verſprechen* nicht nach kommen *würde*, mit Arreſt *wieder ihn zu verfahren* (*). Et §. 10. *welches eben-*

(*) Ab incarceratione et arreſto autem immunes declarantur *Nobiles Sileſiaci*, *cives* et *ſubditi*, ſi nempe *immobilia* poſſident. Nam *Ordinatio*

*ebenfalls erlaubet ſeyn ſoll*, wenn der *Debitor* ſich zum Geſängniſs in dem Verſchreiben verbunden, *obgleich deſſen Güter noch nicht* executiret, (Ergo incarationi, etiam excuſſione bonorum nondum peracta, locus conceditur) *wovon auch die* Frauens-Perſonen, *da ſie dieſerhalb certioriret, nicht befreyet ſeyn mögen.* Denique et *§. 15.* p. 152. haec quoque adiicitur ſanctio: *Oder auch, wenn ein* fremder *in unſern Landen bey Kauff-Handelsleuten* Waaren ausgenommen, *in denen* Gaſthöfen gezehret, *oder ſonſten contrahiret, ingleichen, wenn er die Zahlung* daſelbſt zu thun *verſprochen*, his caſibus etiam debitor carceri mancipari poteſt, creditore poſcente.

## §. XVI.

Si ad Ordinationem politicam MAGDEBURGENSEM progrediamur, *Cap. 49. §. 18. p. m. 573.* debitori ibi in caſum *non factae* praefixo termino *ſolutionis* plane denegatur, ut ſe ad poenam conventionalem obliget, eaque inita, auxilium judicis creditori praeſto ſit. Verba legis ita habent: *Da in der Verſchreibung enthalten wäre, daß wenn der Schuldner binnen geſezter Friſt, nicht wieder bezahlen würde, er dann ein gewiſſes zur Buß erlegen wolle; ſo ſoll zwar die Verſchreibung, ſo viel das* Capital *und* Intereſſe *betrift, beſtändig*, die *Conventional*-Strafe *aber unkräftig und darüber nicht verholffen werden.* Atque in Ordinatione *Hypothecarum et Concurſus d. an. 1724. §. 38.* in Provinciis Regis Boruſſiae ſceptro ſubjectis etiam abrogata fuit *conventio debitoris ad carcerem*, his verbis: *Wir wollen aber die Verbindung zum Gefängniß oder* Perſonal-Arreſt *ebenfalls abgeſchaffet wiſſen. Vid.* MYLII *Corp. Conſt. Marchic. P. II. Sect. II. p. 125.* Licet his legibus

*tio nova Proceſſus Sileſiaci Tit. L.* §. 6. expreſſe ſtabilivit: *Anlangend die* Arreſte *ſollen in civili* Sachen *weder Perſonal- noch* Real-Arreſte *wieder Unſere* von Adel, *Bürger und* übrige Unterthanen, *wann dieſelbige* mit *immobilien* angeſeſſen, *veranlaſſet werden, ſondern ein jeder Kläger iſt ſchuldig ſeinen* Debitoren *in deſſen* foro ordinario *zubelangen.*

gibus valor conventioni ad carcerem, praeeunte forſitan antiquo jure Romano, denegaretur, noſtro tamen tempore eandem conventionem *in omnibus provinciis* Auguſtiſſimi Regis *Boruſſiae* diſerte introductam eſſe intelligimus admodum clare ex *Codicis Fridericiciani Marchici P. III. Tit. 42. Sect. 6. §. 5. 6. 8, 11. p. 273.* ibi enim conſtituitur: *Wenn ſich der* Debitor *in der Verſchreibung* zum Gefängniſs verbunden, *kann derſelbe* arretiret *werden; obgleich deſſelben Güter* noch nicht *executiret worden, wovon auch die Frauens-Perſonen, wenn ſie dieſerhalb* certioriret, *nicht befreyet ſeyn mögen. Conf.* D. CH. FRID. HEMPELS *Proceſſual Lexicon Vol. II. p. 19.* et CODIC. FRIDERIC. *cit. p. 273.* Ergo et ibidem, excuſſione bonorum debitoris *nondum facta*, incarcerationi locus datur. Attamen in *eod.* CODICE FRIDERIC. MARCHICO *P. III. tit. 42. Sect. 3. §. 14. p. 273. ſq.* etiam haec obſervatio intuitu *obligationis ad carcerem* ſubjungitur: *die Vormünder und* Curatores *können wegen ihrer Pflegbefohlnen Schulden, auch die Bürger oder deren Güther wegen ihrer Stadt-Schulden nicht* arretiret, *noch* detinir*et werden*; es ſey dann, daſs ſie ſich ſelbſt davor verbunden hätten. Ex his ſatis clareſcit, curatores et cives, illi intuitu *minorennium*, hi ratione debitorum *civicorum* ſe quoque interventu *conventionis ad carceres* obſtringere poſſe. Cum debitores decoctoresque in provinciis vi legum Auguſtiſſimi Regis Boruſſiae FRIDERICI II. publicatarum ſeveris poenis obnoxii ſint, et tanquam *fures* et *falſarii* conſiderentur ac *pro infamibus* declarentur, atque adeo etiam *pro indignis omnium dignitatum, munerum, ſocietatum artificum* et *opificum* honore habeantur, et *in perpetuum* pro iſtarum incapacibus exiſtimari debeant; nihil itaque impedit, quo minus ibidem debitores *ſemet ipſos* erga creditores *pactione ad carceres* obligent, ſi deſtinato tempore debitum non exſolvant. In *Codice Fridericiano Marchico*, oder Cammer-Gerichts-Ordnung, *P. IV. tit. 9. Sect. 31. §. 136.* haec ſanctio de decoctoribus et defraudatoribus creditorum etiam cuique obvia eſt: *Da ſich befinde, daſs jemand durch Ueppigkeit, überflieſſiges Bauen, unnöthige* Depenſen, *übelgeführte* Menages - - *folglich* durch ſein Verſchulden *ſich in Abgang ſeines Vermögens, mithin dadurch* credi-

tores *betrogen, und in Schaden gebracht, ſo ſoll wieder den oder dieſelben* ohne Unterſcheid der Perſon und Standes *nicht nur nach Schärffe der Rechte, und wann es* Wechſel-Briefe betrifft: *nach Inhalt unſer Wechſel Betrag*, als ein Dieb und und *falſarius angeſehen, auch ohne weitere* Sententiam declaratoriam vor unehrlich gehalten, *ſeiner etwa habenden* Aemter oder Innungen verluſtig, *auch hinkünſtig derſelben auf ewig unfahig ſeyn.* Et *§. 157.* adjicitur et hoc: *Wobey wir uns* 2) *ausdrücklich vorbehalten, nach Beſchaffenheit* der Umſtände und der Gröſſe des *Banquerouts, dergleichen Betrüger als einen* Dieb und Spitzbuben zum Pranger, ewigen Gefängniſs *oder* Veſtungs-Arbeit, *auch wohl gar mit* Staupenſchlägen, Landes-Verweiſung, *oder wann das Verbrechen gar zu* enorm, *mit dem* Strange vom Leben zum Tode *bringen zu laſſen.* Si haec poenarum ſanctio debitores fraudulentos non coerceat, nec ad meliorem frugem redigat ac cogat, ut legibus ac honeſtati convenienter vivant, omnis legis ſeveritas omnino erit fruſtranea.

## §. XVII.

Iure Danico etiam debitor ſe creditori ad carcerem expreſſe vel tacite obſtringere poteſt, ſi tantum aes alienum contraxerit, ut id exſolvendo haud valeat, inhilominus tamen fidem ſuam ſub exiſtimationis et *Cuſtodiae liberalis* (i. e. *obſtagii*) conditionibus tabulas ſubſcripſerit, ſubſignaverit et creditori tradiderit. Lex ſecundum verſionem Hoeyelsini *Lib. V. cap. XIV. §. 54. p. 460.* ita ſanxit: *Quicunque vel tanto ſe aere alieno obſtrinxit, ut id exſolvere nequeat; vel bona ſua alicui vendit, donat, pignori opponit, aliterve in fraudem creditorum ſuorum, alienat; vel fidem ſuam,* ſub exiſtimationis atque *cuſtodiae liberalis* conditionibus, *tabulis ſubſcriptis ac ſubſignatis creditori quidem adſtrinxit, ſed non liberavit: ejusmodi fraudis convictus, legitimeque ſeu ab ipſo creditore, ſive a Praede, qui interpoſitam a ſe fidem tueri neceſſe habuit, in jus vocatus ſine mora,* libertate abjudicata, *carceri adjudicator.* Lingua *Danica* extat in *Kong* Christian *den Femtes Danske Lov. edit. d. 1753. p. 855.* Cristianvs VI.

Rex

*Rex Daniae* vi Ordinationis *d. 26. Nov. 1731.* civibus ac incolis locorum permiſit, ſe aliis vel per modum *adſignationis* vel *reverſalium* vel *chirographi devinctos* reddere, quodſi autem termino praefixo ſolutionem debiti, ac implementum promiſſi haud praeſtarent; judici injungitur, ut, creditore exigente, *debitorem carceri includat.* Quae cum ita ſint, nullum ſupereſt dubium, quin debitores in DANIA *ſemet ipſos quoque ad carceres erga creditores in caſum ſolutionis ceſſantis*, obligare queant. *Ordin.* CHRISTIANI VI. *Reg.* DAN. *et* NORWEG. ap. SIEGEL *in Corp. Iur. Camb.* p. 338. ita enunciat. *Und wenn ſothane Aſſignationes, Reverſe* und *obligationes, welche alle auf geſtempelt Papier - - - geſchrieben werden ſollen, ſolcher geſtalt eingerichtet zu ſeyn, befunden werden,* daſs der Schuldner ſich verpflichtet habe, *nach dem Geſetze zu leiden, ohne daſs einige Urtheil und andere Geſetzmäſſige Handlung vorhergehn; So ſollen die Stadt-Voigte in den Handels-Städten, wie auch die Herrits- und Bircke-Voigte auf dem Lande, auf beſchenes Anſuchen, ſich angelegen ſeyn laſſen,* die Schuldigen alſo fort, *wenn ſelbige ihre* terminen *nicht eingehalten,* ſo vollkommen zu *arreſtiren, als wenn ſelbiges nach* proteſtirten *Wechſel-Briefen geſchähe.* In jure DANICO et NORWEGICO, quod dicitur *das* Hofrecht FRIDERICUS II. Rex jam poenam *carceris* in moroſos debitores an. 1562. conſtituit. *Vid. Beat.* Dn. de WESTPHALEM *Tom. IV. Monum. inedit. n. 39. p. 1849.*

## §. XVIII.

In BOHEMIAE et MORAVIAE civitatibus eundem compeſcendi modum adverſus debitores moroſos vigere nos dubitare non patitur das vollſtändige Stadtrecht in Erbkönigreich Böhmen und Marggrafthum Mähren. *c. 32. p. 152.* Ubi debitor, ſi poſt tres terminos, quorum primus *quatuordecim* dies, alter vero *tres* et ultimus *unicum* dumtaxat complectitur *diem*, ſolutionem non praeſtiterit; in termino *quarto* actutum in carcerem protruditur. Si itaque in civitatibus *Bohemicis ac Moravicis* ſtatuta permittunt, ac ordinant, *moroſos debitores* tandem, ceſſante ſolutione, *in carcerem detrudi poſſe;* nullum ſuper-

eſt dubium, quin debitor erga creditorem ſuum *pacto* in eventum *non ſecutae ſolutionis ſe ad carcerem* quoque valide obſtringere poſſit. Iura ſtatutaria laudata hunc in modum ſe explicant: *Die* Execution *des Rechtens über eine jede durchs Recht erlangte Gerechtigkeit, ſoll nachfolgender Geſtalt ergehen; So derſelbe, über welchem die rechtliche Erkänntniß ergangen, in der Friſt, wie im Rechten ausgemeſſen, das iſt, zum erſten in* 14 Tagen, *zum andernmal in* dreyen Tagen, *nächſtfolgend zum* drittenmal *biß zum Niedergang der Sonnen, wenn im Befehl darauf ergangen, der rechtlichen Erkäntniß nicht genung thut,* ſo ſoll man ihn ins Geſängniſs nehmen, *und hiermit, daſs er dem Rechtsſpruch genung thue, anhalten, und ſolcher Gefängniſs ſoll er in andere wege* nicht loſs ſeyn, *er wolle ſich denn gegen baar Geld auf 14 Tage los Bürgen.* Quodſi incarceratus *intra ſex hebdomades* non ſolverit, creditor judicem adit petens, ut in debitoris bona immittatur, quod capite inſequenti 23. ſancitum ac praeceptum legimus.

## §. XIX.

In Austria Inferiori ſecundum *Ordin. Executionis* etiam conſtituitur, ut, ſi debitor bona ad ſatisfaciendum non poſſideat, ſub arreſto *perſonali* citetur, et ſolutione ceſſante, in carcerem publicum compellatur, *wird auf das Landhaus in Verhaft gebracht;* Feminae vero debitrices in *domo* privata cuſtodiuntur. *Vid.* Finsterwalder *Obſ. Pract. ad Conſuet. Auſtr. Super. Lib. 1. Obſerv. 103. n. 5. p. 244.* Quae conſtitutio nobis ſubminiſtrat argumentum, debitorem ſemet ipſum quoque ad carcerem *in eventum* non ſolutionis debito tempore ſecutae ibidem devincere poſſe.

## §. XX.

In Pomerania quoque Citeriori conventio inter creditorem et debitorem, qua *hic ad carcerem* in cauſa *non exſoluti debiti* erga illum ſe devinxerit, locum invenire poteſt, licet hujus pactionis ſpeciatim non fiat mentio; ex generali tamen ſanctione *Ordinationis Iudiciariae P. 3. Tit. 4. §. 3. p. m. 122*, facile eſt collectu, eam conventio-

tio-

tionem etiam ibidem admitti. Verba enim ita habent: *Und damit auch in dieſem ſich ſoviel weniger zubeklagen Urſache haben, ſoll* auf Perſonen und Güter kein *arreſt* angeleget werden, *es thue denn das Anſuchende Theil ſeine Forderung, warum der* Arreſt *gebethen wird, zuvorher* durch Vorzeigung glaubwürdiger Urkunden, *oder andern* Nachrichten *glaubwürdig machen, daneben auch eine vernünfftige zuläſſige Urſache anzeigen, warum der* Arreſt *anzulegen, worüber zuförderſt eine ſummariſche* Cognition *und Erwegung ſoll vorgenommen, und nach Geſtalt des Vorbringens und* deſſen Beſcheinigung mit Anlegung des *arreſts* verfahren *werden.* Multo magis incarcerationis locus dabitur, *ſi debitor* ipſe in eventum non praeſtitae ſolutionis *ad eam ſe obſtrinxerit.*

## §. XXI.

*Iure* Pruthenico debitores, qui tantum pecuniae mutuarunt vel alio quocunque modo tantum aeris alieni contraxerunt, ut omnia ſua bona et facultates ad fidem datam liberandam non ſufficiant, carceri mancipari poſſe ſcimus; nihil itaque obeſt, quominus *debitores* ipſi in caſum non praeſtitae ſolutionis *ad carcerem* ſe obſtringant. Io. Henr. *de* Hauenstein *in Repertorio Iuris Pruthenici, voce Arreſtum p.* 77. de hoc argumento nos ita inſtruit: *Si quis tantum mutuaverit, vel alio quocunque modo tantum debiti contraxerit, ut omnia ſua bona et facultates* ad ſolutionem non ſufficerent, *vel ultra modum et ſuum poſſe pro aliis fidejuſſerit, ut nec apud ſuos creditores* remiſſionem impetrare poſſit, *nec praefati creditores alio quocunque modo* tractari vel pacificari poſſint, *tunc* ad citationem et requiſitionem *vnius vel plurium creditorum* carceri mancipari, *et* tamdiu detineri debet, *donec creditoribus ſatisfaciat, ſeu aliter cum illis bona gratia vel voluntate tranſigat et concordet &c.* Iure enim Prutenico *Provinciali Lib.* 1. *Tit.* 47. *art.* 4. *§.* 10. conſtitutum eſt in debitores poena turris, et *Lib.* 1. *Tit.* 24. *Art.* 15. *§.* 4. condemnatio ad operas, ita, ut optio indulgeatur creditori, utra poena infidum debitorem puniri velit.

§. XXII.

## §. XXII.

Ex IOHANNIS III. omnium *Ruſſorum Imperatoris* ordinatione *de Decoctoribus ſeu Banquerout-Reglement d. 15. Dec. 1740.* publicata et in linguam *Teutonicam* translata, et ſpeciatim ex *ejusd. §. 31.* ſatis clareſcit, Decoctoribus fraudulentis inſignem deſtinatam eſſe poenam, eosque non ſecus *ac fures* conſiderari et puniri: *Wann ſich nun bey der Unterſuchung gefunden, daſs das* falliment *nicht von einem* unvermeidlichen Zufall, *ſondern von Betrug und Vermeſſenheit, und alſo* von der Schuld des *Debitoris herrühret; ſo wird es zwar mit ſeinem Vermögen und Schulden in allen ſo, wie vorhero geordnet iſt, ſchlechter Dings gehalten, er ſelbſt aber der* Fallite *ſoll, ſich zur wohlverdienter Strafe, andern aber zum Exempel Abſcheu und Warnung*, ohn alles Anſehen der Perſon zum Tode verurtheilet *und* aufgehangen werden. Recte cum ejusmodi nebulonibus in *Ruſſia* proceditur, qui ſpeciem honeſtaſtatis prae ſe ferunt et *furibus* pejores poſtea ſe revera exhibent, alios callidiſſime fraudantes ac manifeſte deſpoliantes. Ex hac itaque ſevera ordinatione cuilibet ſimul quoque proclive intellectu eſt, in Ruſſia etiam debitori indulgeri, ut ſe erga creditorem ſuum ad carcerem in caſum retardatae ſolutionis obſtringat, quin lex ipſa ſeveriſſimam poenam contra infidos debitores publicari fecit.

## §. XXIII.

*Formula Regiminis* CURLANDIAE an. 1617. a Rege Poloniae SIGISMUNDO III. confirmata *art. XLV.* contra infidos debitores hanc quoque ſanctionem complectitur: *Qui autem in aere non habet, et rem ſuam petulanter decoxit, in corpore luat et* ſeſſione turris *puniatur*. Et *artic. CCXVII.* de decoctoribus hanc legem ſtabilire neceſſarium duxit: *Falliti, conturbatores ac decoctores rerum ſuarum, ſi ſolvendo non ſint, et ſumma, in qua creditores defraudarunt*, octo millia florenos Polonicos *exceſſerit*, vel honore priventur, vel gladio feriantur. *Qua lege non comprehenduntur, qui* infortunio *facultatum ſunt lapſi.* Vid. CHRIST. NETTELBLADTI *Faſciculum de Rebus Curlandicis, primum* p. 27.

et

et p. 60. et germanice p. 77. et *art. 220. p. 111. et 112.* Deinde quoque *art. XCIII. l. c. p. 36.* de mutuo poena *conventionali munito* hancce quoque legimus diſpoſitionem, qua nos edocemur, ibidem *conventionem debitoris ad carcerem* locum habere poſſe.

## §. XXIV.

Quum *Statutum* Rigense *Lib. III. Tit. 6. §. 4.* ex chirographis liquidis et debitis *recognitis* arreſtum decernere jubeat *perſonale*, haecque lex ibi *univerſalis* neminem excipiat, atque eadem, qua in cambiis utitur, executionis ratione adverſus debitores procedere permittat, eodem quoque redire videtur, ſive debitorem *ex cambio*, ſive ex chirographo adſtringi contendas. Siegel *diſp. Selecta Iuris Rigenſium capita explicata ſiſtens §. 7. p. 11.* Quae quum ita ſint, nihil obſtare videtur, quo minus *debitor* ibidem etiam in Chirographo ſeſe ad carcerem devinciat, quia et per modum executionis introductus intelligitur modus *carcere extorquendi debitum* confeſſum ac agnitum.

## §. XXV.

Civitates Anseaticae ad incrementum et florem mercaturae promovendum et conſervandum, et exaverſo noxam et frequentiam *decoctorum* vel impediendam vel dumtaxat ſufflaminandam commotae et excitatae, in hos nefarios ac fraudulentos homines tanquam *carcinomata mercaturae* ſeveram ſanctionem *an. 1620. d. 30. April.* jam conſtabiliverunt, quae ita comparata, ut et hic aliquatenus inſeri omnino mereatur: *Erſtlich, daß männiglich wohl zuſehen möchte,* daſs er nicht mehr borge, *als er bezahlen kan, denn es ſoll dem* Creditori, *auf ſein Anhalten fürderlich unpartheyiſch Recht mitgetheilet, und wo der* Debitor *nicht bezahlen kan, und* gleichwol die Schuld geſtändig, *oder dieſelbe* ſonſt ausfündig gemacht, *ſoll wieder den Debitorem* mit Gefängniſs, *oder wie es diesfalls ſonſt an einem jedem Orte Recht und hergebracht,* ohnnachläſſig *procediret, und ihme hier wieder in keiner* Hanſee-*Stadt einig Geleit gegeben oder gehalten, ſondern*

*dern ein Schuldner an Enden und Orten, da er angetroffen* bis zum Gefängniſs verfolget werden. *&c.* Deinde adjicitur et haec poena: *Zum* vierdten, *Und im Fall in gedachter Erkundigung befunden* würde, *daſs der Schuldner vorſetzlich und muthwillig*, untern Schein Glaubens, *Geld und Waaren aufgenommen, und vom erſten Anfang der Meynung geweſen, daſs er nicht bezahlen* ſondern ehrliche Leute in Schaden führen wollen, *auf ſolchem Fall ſoll nach vorhergehender* Declaration *nicht allein, wie obgedacht, die* Schandglocke über ihn geläutet (*), *ſondern er auch* mit öffentlicher Aufſtellung an den Pranger, *ewiger Verweiſung, auch nach vermerkten Umſtänden* als ein Dieb oder *falſarius* an Leib und Leben geſtraffet werden. *Welches alles, wie erſtgedacht, nicht allein, wenn keine* Creditores *klagen, und* von Amtswegen, *ſondern auch wenn die* Creditores intercedi*ren würden, gehalten und ernſtlich* exequiret *werden ſoll.* Integrum *Mandatum* der Vereinigten Teuſchen Hanſee-Städte wieder die muthwilligen *Falliten* und *Banquerottier*, edidit Dr. Io. Petr. Willebrandt in der Hanſiſchen *Chronick. P. III. p. 179. ſq.* Finckelthus diſp. *de morat. reſcript. qu. 18. lit. 4.* et Mev. *in Diſc. de levam. inop. debitor. c. 5. n. 100.*

§. XXVI.

(*) *Dr.* Ioa. Henr. Kienmann, Lubecenſis, *in diſp. inaug. de debitore obaerato &c. Göttingae* 1766. *hab. p. 55. in not. n. 39. de Schandglocke* nobiscum hanc communicat relationem: Memini aliquot abhinc annis actum judicialem ſolennis proſcriptionis debitoris fraudulenti et fugitivi. Poſtquam *Praetores urbani*, (*Lubecenſes*) adſtantibus procuratoribus judicii inferioris, in Praetorio conſederant, atque ſententia banni ab actuario judicii in praeſentia lictoris fuerat publicata, lictor, pulſata interim *campana infamiae* (uti in legibus obvenit: *mit der Schandglocke utgelüdet*) conſcendit lapidem *opprobrii* (*den Schandſtein*) ſeſeque, pronunciatis quibusdam formulis proſcriptionis, ſtricto gladio in quatuor coeli plagas cardinales convertit. Hic actus proſcriptionis vocatur germanice *das Vogelfreymachen* vel *friedlos legen.* Hactenus Kienmann.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-692248-p0034-1

## §. XXVI.

Conſtitutio Saxonici Electoris *XXI. P. II.* obligationem ad carcerem adprobat, etiam, ſi conventio huius obligationis ita adornata cognoſcatur, ut mulieribus facultas ſe ad carcerem obligandi indulgeatur: *Ungeachtet aller* Diſputation, *ſo wird ſolches* Pactum (*ob die* Vereinigung, *dadurch ſich der Schuldmann verbindet*, *ſeine Perſon aufzuhalten*, *zu* arreſtiren, in Gehorſam *oder* Haft zu legen,) *vor beſtändig und kräftig geachtet; jedoch alſo, daß dem Gläubiger das Anhalten oder Gehorſam legen* nicht vor ſich allein *geſtattet*, *es wäre ſonſt privatus carcer. Sondern*, *daß der Gläubiger vermittelſt des Richters oder der Obrigkeit Hülffe* auf die vorhergehende Vereinigung, *die* execution *ſuchen ſoll.* Ergo per verba: auf die vorhergehende Vereinigung, *Conventio obligationis* ad carcerem expreſſe indicatur et adprobatur. Et eadem conſtitutio in *Mandato Sax. Elect.* wieder die *Banqueroutirer* d. an. 1724. *§. 13. Mand. Banq. d. a. 1766. §. 13. in Contin.* Codic. Augustei *P. I. p. 931. ſq.* etiam denuo confirmata eſt his verbis: *Ob auch gleich ſo viel den* Schuld-Thurm *betrift*, *es bey dem jenigen*, *was P. II. Conſt. 22. und in der Proceſs*-Ordnung *Tit. 52. verordnet*, *in ſo weit ſolches hierdurch nicht geändert*, *ſein Bewenden hat*, *Vid. Adp. ad Ord. Sax. Elect. Proceſſ. p. 176.* Neque natalium *dignitas*, neque officium *publicum* ab hac coertione ibidem liberat debitorem. Leyser *Vol. VII. Medit. X. p. 427.* Creditori autem obligatio debitoris ad carcerem non permittit, ut ille hunc in mora ſolutionis conſtitutum adprehendat, *in ſuis privatis* parietibus ac lacunis tamdiu, donec ipſi ſatisfactum ſit, detineat, ſed judicem adire oportet, ut *recognitione obligationis initae facta* et ſolutione ceſſante, carceri includi mandet. Carpz. *P. II. Def. 21. def. 1. n. 9. et 10.* (*). Privatis enim carcerem habere non licet. *L. 3. C. de Exhib. Reis.* Ideo privati

(*) Iure Communi debitor vigore talis pactionis vel ſtatuti non poteſt capi et incarcerari, *niſi prius ejus bona excuſſa* et non ſufficientia fuerint reperta. Prius enim diſcutiuntur *mobilia* quam immobilia, et prius

ti hodie arbitarie puniuntur. CARPZ. *Prax. Crimin.* P. I. qu. 41. n. 124. ſq. *Add.* Churſächſ. *Reſol. gravam. d. an. 1662. §. 19. et d. a. 1661. §. 7.* Conſtitutioni Saxon. 21. P. II. additur etiam hoc: *Aber wenn der Schuldner auf flüchtigen Füſſen iſt, ſo mag ihnen der Gläubiger annehmen, und in die Gerichte, darinnen er angetroffen, ein antworten.* conf. GUILIELMI GROTII *Iſagoge ad Praxin Fori Batavici. p. m. 193.* Dummodo quam primum fieri poteſt, publico carceri illum reddi curet,

prius *immobilia*, quam *nomina*, deinde pervenitur ad perſonam ſ. capturam. BERLICH. *P. II. Concl. 27. n. 26. et 27. p. 181.* Sed *jure Sax Electorali* et ubi ſimilis modus procedendi eodem caſu adprobatus eſt, debitor, vi *hujus pacti* ſtatim *absque ulla diſcuſſione bonorum* capi et carcerari poteſt, MOLLER. *Semeſtr. Lib. 1. c. 36. n. 1. p. 91.* per hoc unicum et inevitabile fundamentum, alioquin pactum hoc *ſpeciale* partium eſſet fruſtraneum et *nihil* operaretur. BERLICH *P. II. Concl. 27. n. 28. p. 181.* quia lex ipſa in Saxonia Electorali debitorem non ſolventem carceri mancipat, ſi praecedat *excuſſio* debitoris et fidejuſſoris; ſi vero *conventio* debitoris ad carcerem inita eſt, carceri etiam locus ſtatim datur, nondum facta bonorum excuſſione. Licet debitoribus ſine ſua culpa ad egeſtatem redactis beneficium *ceſſionis bonorum*, prout id jure indulgetur, ad evitandam detruſionem in carcerem obaeratorum, ſalvum relinquatur et integrum; hoc tamen minus ad effugiendum arreſtum perſonale creditoribus cambialibus impedimento eſt, prout *Ordin. Proc. Sax. recogn. ad tit. 52. §. 2. p. m. 299.* cavet verbis; *ob auch wol denen* Debitoribus, *ſo ohne ihr Verſchulden in Abfall der Nahrung gerathen, zu Vermeidung des Schuld Thurms, des* Beneficii *ceſſionis bonorum auf die, in denen Rechten fürgeſchriebene Maſſe, ſich noch ferner zu gebrauchen unbenommen bleibet; ſo mag doch ſolches ihnen wider ihre wechſel-Gläubiger, zur Befreyung von dem* Perſonal-Arreſt *nicht zu ſtatten kommen.* Debitor, qui bonis ceſſit et deinceps *ſe lucro* v. c. quod ipſi ex hereditate uxoris obtingit, *abdicat*, contra jus agit, nam ejusmodi *debitor ad ſolvendum tenetur*, ſi ad piguiorem fortunam pervenit. *§. ult. Inſt. d. act.* quo etiam nomine ipſum cavere oportet. C. 3. *X. de ſolut. L. 4. de Ceſſ. bon. L. un. §. 7. C. d. R. V.* BRUNNEM. *ad L. 6. ff. d. Ceſſ. bonor.* Ejusmodi *repudiatio lucri futuri* a debitore obaerato ſuſcepta, cum *animo* creditores *defraudandi* conjuncta eſt. *Vid.* BERGER *diſſent. in Suppl. II. ad El. D. For. Tit. 39. p. 659.*

ret, aut officialibus ejus loci, ubi deprehenſus eſt, ſi qui ibidem ſunt; ſin minus, iis, qui in proximiori loco Ictionem aliquam exercent, demandet. *Conf.* Bardili *Tr. de Obligatione faciendi.* §. 50. p. 65. Laudata *Conſtitutione Sax. El. XXI. P. II.* ſane promptiſſima creditori executio, debitore tali, tempore determinato non ſolvente, conceditur, ita, ut debitorem ad carcerem pactione obſtrictum *absque praecedente bonorum excuſſione* capi ac incarceri: a judice petere, nec ab hoc, *invito creditore* ſub cautione dimitti poſſit. *Vid.* Kaestneri *diſp. de obligatione ad carceres in cauſa civili §. 9. p. 17.* Circa hanc debitoris obligationem non attenditur; num vitio fortunae in ſolutione defecerit, nec ne, ſed praeciſe ad obtinendam liberationem *debiti ſolutionem* praeſtare tenetur. *Privata* tamen incarceratio, etſi pactum ſtipulatiove de ea praeceſſerit, uti ſupra indicatum, *illicita* eſt, niſi debitor ſit *fugitivus*, quem creditor quidem deprehendere, ſed *ultra viginti horas* non detinere, ſi poenam privati carceris evitare velit, poterit. Carpz. *P. II. Conſt. 21. def. 1. 2. 3. 7. 16.* Interim, quamvis initium incarcerationis cum debitore ad eam obligato jam factum fuerit, eidem tamen adhuc ſubvenitur, ſi *in tempore* copiam bonorum jurato manifeſtet, et decrementum eorum *non ſua culpa*, ſed infortunio accidiſſe doceat.

## §. XXVII.

Neque *mulieres debitrices* ab hac conventione obligationis ad carceres arceri excludique nobis documento ſunt verba allegatae *Conſtitutionis Saxo-Electoralis* inſequentia - *Ob dann auch wol eine Weibes Perſon in* cauſa civili *nicht zu* incarceriren, *dennoch ſo ſie* dieſes *certioriret und gleichwol hierüber* ſich wiſſentlich zum *perſonal-arreſt oder* Gehorſam verſchrieben, *oder beſtändig zugeſagt, ſo wäre ſie es auch zuhalten ſchuldig*, *wenn es wegen* ihrer eigenen Selb-Schuld *geſchehen.* Si enim femina in *propriis* debitis ſe ad carceres obligans privilegii ſui admonita et certiorata ſit (Scilicet pactum mulierum, quo ſe ad arreſtum perſonale obligant, *jure civili* pro invalide reputari) femina vero, quae *praevia facta certioratione*, ſe nihilominus *ad*

*carcerem pactione* obſtringat, ea juri ſingulari et *privilegio* feminis competenti *tacite renunciaſſe* cenſetur. *Certioratione* autem *negata*, actori incumbit *probatio*, feminam fuiſſe certioratam. *Vid.* GAERTNERI *diſp. de obligatione feminarum ex pacto ad carceres. §. 10.* SIEGEL *fürſichtiger Gläubiger Sect. 1. c. 2. §. 2. p. 19. edit. Dn.* SCHOTTI *p. 24. ſq.* Eſt quidem *§. XI. Adpend. ad Recogn. Ord. Proc. Sax. Elect. p. 306.* feminis *non mercatoribus* interdictum, cambia contrahere; haec tamen prohibitio *ad pactionem*, qua *feminae iſtae ad carceres ſe ſpeciatim obligant*, non eſt extendenda, quandoquidem inter *cambialem* et hanc *pactitiam* obligationem, de qua hic loquimur, *multae* intercedunt *differentiae*, et, ſi legislator abrogationem *iſtam* ad alias pactionum ſpecies extendi voluiſſet, earum quoque mentionem legi expreſſe inſeruiſſet. *Vid. b.* GAERTNERI *diſp. cit. §. 12.* CONSTITUTIO *21. P. II.* in Saxonia nondum eſt abrogata, quae porro etiam adjecit: *Sonſten aber, da ſie ihres Mannes oder anderer Freunde Schulden halber ſolche Verpfändung von ſich gegeben, ſo wäre ſie beneficio S. C. Vellejani, hierzu nicht verhafftet, ſie hätte denn auch ſolchem* beneficio *beſtändiglich renunciret, dabey wir auch es verbleiben laſſen.* Ex hac itaque ſanctione abunde cognoſcitur, ſi femina intuitu *mutui* vel *debitionis mariti* vel alicujus *amici* ſe ad arreſtum perſonale vel carcerem obligari intendat; neceſſe eſt, ut *mariti* vel alius *curatoris* auctoritas accedat, uxorque AUTHENTICAE *ſi qua mulier*, vel intuitu *amici* Senatusconſulto *Vellejano*, certioratione de his beneficiis praemiſſa, renunciet. BERLICH *P. II. Concl. 27. n. 13. p. 180.* Qua autem omiſſa, quaelibet uxoris pactio invalida et jure Saxonico declaratur nulla. Et licet de ultimo requiſito ſc. de curatoris vel mariti conſenſu adhibendo in *Conſt. Sax. Electorali XXI. P. II.* nihil expreſſe ſanciatur; pactum tamen feminae ſine conſenſu curatoris initum ſecundum *Conſtitutionem Sax. Elect. XV. P. II.* non ſubſiſtit. IO. FLOR. RIVINI *diſp. de clauſula cambiali §. 19. et 20.* ABR. KAESTNERI *diſp. cit. §. 28.* Praeterea *Ius Sax. Electorale per Conſtitutionem d. 18. Nov. 1722.* von Verſchreibung und *obligation*en derer Weibes-Perſonen praecipue conſtituit, ut feminis ſolutis, nulla curato-

rato-

ratoris conſenſione requiſita, *modo majorennes ſint*, quamvis non-mercatrices, res ſuas *mobiles qualescunque*, uniuerſitate Geradae excepta, obligare, de iis quavis ratione diſponere, et ſic etiam *mutuum* dare et accipere, ut *jus Commune* concedit, liceat. Verba Conſtitutionis indicatae hic ſubjicio: *Setzen, ordnen und wollen wir demnoch hiermit, daſs hinführo denen ledigen Weibes-Perſonen, welche ihre mündige Jahre erreichet, auch auſſer dem Fall, wenn* ſie etwas verſchenken *oder* Handtierung treiben, *nachgelaſſen ſeyn ſolle, ihrer* Fahrniſs halber, *worunter iedoch* die Geſammte Gerade nicht zuverſtehen, *ſich ohne* Curatore *verbindlich zu machen, und damit nach Gefallen zu bahren. Vid.* Cod. August. *Tom. I. p. 1210.* Donationis cauſa autem ſupponitur, modo ſumma 500. Ducatos non excedat. Denique Conſtitutione d. 18. Nov. 1722. etiam intuitu bonorum *receptitiorum* uxori libera facultas indulgetur, ut *ſine mariti conſenſione* de iis diſponere queat. De quibus diſerte enunciatur: *Und hat es übrigens, was* bona *receptitia anbelanget, worüber ſich die Eheweiber die völlig* diſpoſition inter vivos *und* mortis cauſa *vorbehalten, darbey, daſs ein Eheweib ſich wegen dererſelben, ohne ihres Ehemanns, und, ſo viel das Fahrniſs betrifft, auch ohne eines andern* Curatorn *Einwilligung verbindlich* obligiren *möge, ſein Bewenden. Vid. Cod. Auguſt. Tom. I. p. 1210.* et *Adp. ad Rec. Ord. Proc. Sax. Elect. p. 124.* Licet alioquin in uxorum contractu obligatorio auctoritas maritorum neceſſario exigatur, ſi vel res *ſuas mobiles*, ſive *immobiles* obligare ſuſciperet *P. II. Conſt. El. Saxon. 15;* attamen hodie vi *Conſtitutionis d. 18. Nov. 1722. mobilia* et *receptitia*, ut dictum, ab hoc obligationis uxoriae vinculo ſpeciatim excipiuntur.

## §. XXVIII.

Femina innupta, etiam *nobilis* in *Hollandia* carcere ad ſolvendum poteſt compelli, ut diſerte judicatum a Senatu Hollandia. *Vid.* Ant. Matthaei *Obſerv. rerum judicatarum Obſ. n. 3. 21. et 22. p. m. 339. et 344.* Et Neostadii *Deciſ. vtriusque Hollandiae Deciſ. 87. p. m. 206. ſq.* ex quo etiam inferre libebit, eandem ſe *conventione* omni-

omnino ad carcerem, ſolutione non praeſtita, devincire poſſe. *Conf.* Groenwegen *de Leg. abrog. ad Auth. ſed hodie C. de Officio diverſ. judic.* Feltmann. *de Iuram. perhorreſc. cap. 29. n. 37.* Eo magis maſculis majorennibus ibidem ad carceres ſe erga creditores obſtringere integrum erit, ſiquidem feminis tale quid indulgetur.

## §. XXIX.

In provinciis Sereniſſimo *Electori Brunſvico-Luneburgico* ſubjectis *Ordinatio* wegen der *Banquerouten* und *fallimente* jam an. 1726. publicata atque deinde *1750.* renovata §. 8. et 9. decoctoribus fraudulentis ſeveriſſima comminitatur poena, ſi tantum aes alienum contrahant, ut iſti exſolvendo non ſint ſufficientes. Nam decoctores *in numerum furum* fere referuntur, et doloſi quidem vel *capitali poena* multantur, vel in *opus publicum* in perpetuum detruduntur vel in perpetuum *relegantur.* Qui autem dolo, *non culpa*, carent, in publicum *munitionum* aut *ergaſtuli opus* condemnantur, vel *in tempus* pro ratione culpae dandi, vel et *relegandi* ſunt. Eadem poena §. 2. et 3. etiam illi afficiuntur, qui cum *ſolvendo amplius non eſſe* bene ſciunt; nihilominus tamen mutuas pecunias ſumunt, bona ſua obtegunt et occultant, item qui in *priorum* creditorum fraudem ac injuriam *cum poſterioribus*, vel *cum liberis*, *cognatis* aliisque colludunt, inque eos *bonorum partem* clanculum et ſubdole transferunt. Ipſa ſanctio deſuper publicata ita enunciat: 1) *Da jemand in Unſerm Churfürſtenthum und Landen geſeſſen, und ſich darinne enthielte*, er ſey von was *Condition* und Stande, Würde und Weſen er wolle, *ſich unterſtehen ſolte*, *die* aufgeliehenen Gelder *entweder durch* übermäſſigen Pracht und üppiges und wollüſtiges Leben *oder* Spielen, oder koſtbare Gebäude oder andere unnöthige und verſchwenderiſche Ausgaben und geführten üblen Haushalt herdurchzubringen, *alſo durch ſein vorſetzliches und boshaftes* Verſchulden Banqueroute *zumachen*, *und ſeine* Creditores *dadurch in Schaden zuſetzen und vorſezlich zu betriegen*, *derſelbe nach Befinden und der Gröſſe des* doli *und des* Banquerouts, *ohne einige Gnade* am

Le-

Leben geſtraffet, *oder mit einer Leibes-Strafe, entweder* zur ewigen Gefängniſs, *oder* Condemnation zum Karrenſchieben, *oder in das* Zucht- und Werkhauſs, *oder* ewiger Landes-Verweiſung condemniret *werden ſollen, als wobey auch die bey einem* Criminal-Proceſs *gegen* Diebe *ſonſt gewöhnliche Art zu* procediren, *und nach Gelegenheit der Umſtände auf Gefängniß, Banden, und auch die ſcharffe Frage, vornehmlich zu* Manifeſtirung *des* Corporis bonorum *zuerkennen.*

2) *Auf eben ſelbige Weiſe ſoll auch gegen diejenigen Verfahren werden, welche überführet werden können, daß, wann ſie* in Abfall ihres Vermögens gerathen, kurz vorhero *wann ſie ihren ohnvermeidlichen* Banquerout *bereits vor Augen ſehen, ſie noch von andern Leuten boshafter und betrieglicher Weiſe, mit Verſchweigung ihres Vermögens und ſchlechten Zuſtandes*, Gelder entlehnen, *und auf eine und die andere Art ſolche* creditores *an den Ihrigen verkürtzen, oder auch von ihren Baarſchaften*, Effecten, *Waaren*, *Büchern*, Bilanzen, documenten *und dergleichen heimlicher Weiſe ab Seiten- auch wol gar auſſer Landes bringen.* Vid. Churbraunſchweig-Lüneburgiſche Calenbergiſche Landes-Ordnungen und Geſetze. P. II. p. 706. Et *Corp. conſtitutionum Ducatus Lüneburgici et comit. Hojenſis Vol. II. cap. 2. Sect. 4. n. 124. p. 809.* Quae lex an. 1750. iterata atque etiam ad perſonas *militares* protenſa eſt, eique ſimul adjectum, ut *judex concurſus*, etiamſi ICtione *criminali haud inſtructus;* nihilominus tamen in aeris alieni et decoctarum facultatum rationes *diligenter inquirat*, remque detectam, judici criminali, cui obaeratus ſubjectus eſt, exponat et communicet (*). Quibus ſanctionibus proſtantibus, nullus dubi-

(*) Verum enim vero exempla, quibus haec ſaluberrima conſtitutio ad executionem adverſus decoctores Goettingenſes ſit redacta, adhuc deſunt. Licet enim Senatus Goettingenſis in cauſa *Ge. Wilhelm Siemers.* Praetori (*Gerichts-Schultzen*) *Jo. H. Lev. Augspurg* inquiſitionem contra *Siemern* committeret; nihil tamen iſte ſuſcepit contra fraudulentum debitorem et Decoctorem manifeſtum. Crimen doloſorum decoctorum cum *citatione edictali* refertur in *Saxonia Electorali* ad jurisdictionem ſuperiorem, vi *Mandati contra Bancaerupt. d.* no. 1766. *§. 9.* Aſt

 lit-

bitabit, quin ibidem etiam creditoribus *conventione* aliqua ſibi ita proſpicere indulgeatur, ut eorum debitores ſe ad carcerem, ſolutione debiti liquidi retardata, adſtringere poſſint.

§. XXX.

In *Luſatia Superiori* ſecundum *ordinationem* ab ordinibus prouincialibus *an. 1582.* conceptam, et a *Rudolpho II. Imperatore* confirmatam publicatamque debitores, qui debita praefixo tempore non ſolvunt, inſtantibus creditoribus carceri publico *den Schuldthurm* includuntur. Ordinatio autem ita diſponit: *Wann der Schuldner ausgeklaget, und ſich befinden würde, daß er nicht zubezahlen hätte; ſo ſoll er auf der Gläubiger Anhalten ins Amt gefordert, und ihme alda von derſelben Zeit an, in dem nächſtfolgenden* Sechs Wochen *Bezahlung zuthun auferleget werden. Thut er ſolches nicht; ſo ſoll er mit Rath der Verordneten* in Beſtrickung genommen, *und ob er bey ſeinen Gläubiger keinen Nachlaß erhalten könte; ſie wolten ſich auch in andere Wege nicht behandeln laſſen, gleicher Geſtalt mit verordneten Rath* ins Schuld-Gefängniſs verleget, *und darinnen* auf ſeine eigene Koſten, *ohne der Gläubiger Zuthun, erhalten werden bis ſo lange er die Gläubiger befriedige, oder ſich ſonſten mit ihrem guten Willen vertrage und abfinde, darwider ihn die Abtretung ſeiner Güter, im Rechten Ceſſio bonorum* genannt. nicht ſoll helffen *noch ſchützen, welche forthin vermöge dieſer Bewilligung keinem Schuldner zu Hülffe kommen, ſondern gäntzlich verſchränkt und abgeſchnitten ſeyn ſoll.* Si itaque *in Luſatia Superiori* debitores agnito chirographo poſt dilationem *ſex hebdomadum* praeterlapſam debitum ſolutione non expungant, carceri mancipantur; Nihil igitur obeſſe videtur, quominus debitori erga ſuos creditores etiam ibidem ſub metu ac poena carceris ad reſtitutionem mutui ſe obligandi indulgeatur facultas. Praeterea ex Sanctione *Luſati-*

*litterae patentes Steckbriefe*, ad inferiorem *ibid. §. 6. Vid. Cont. Codic. Auguſtei Tom. I. p.* 929. *et* 930. referuntur.

*ſatica* etiam cognoſcimus, eandem intuitu *alimentorum* ab ipſo incarcerato ſibi procurandorum et *ceſſionis bonorum* non locum habentis, cum jure Saxonico *Electorali* amice concordare.

§. XXXI.

Ex Ordinatione *Proceſſus* Isenacensis *cap. 29. §. 10.* p. 206. pateſcit, debitorem etiam hodie non ſolventem *creditori ad manus tradi poſſe*, ut vel ſervitiis ſuis ſolvat debitum, vel ſi debitum ſervitiis ſuis expungere minus valeat, *ut carcere id luat*; ſi itaque in *terris Iſenacenſibus* debitum carcere luere jubeat lex, nullam video rationem, cur debitori, ut ſeſe ad carceres devinciat, ibidem permitti nequeat. Quod enim poteſt fieri per legem, idem fieri poteſt etiam per pactum. *L. 50. ff. de Pact.* Mynsing. *Cent. VI. Obſ. 51. n. 4. et 5. Obgleich ein Schuldner*, (ſunt ordinationis citatae verba) *ſo zur* tradition *ad manus cseditoris verurtheilet:* bonis crediren, *oder alles was er nur hat*, *abtreten wolle*, *ſoll er doch deſſen ohngeachtet*, nach Sachſen Recht, *dem* Creditori wirklich an die Hand gegeben werden, *und ſeine boshafftig gemachte Schuld abverdienen*, *oder* im Gefängniſs *abſitzen.* Ex *Ordinatione Politica Vinarienſis et Ienenſis Principatus d. an. 1589.* etiam nobis colligere datur, ſi *tit.* 21. et ibi verba: *um bekanntliche Schulden ſoll man vor allen Dingen* den Gehorſam gebrauchen, conſideremus, nihil obſtabit, quin ibidem conventioni debitoris ad carcerem locus detur. *Vid.* Posneri *deciſ. 58. p. 158.*

§. XXXII.

Iure *Saxo-Gothano Proceſſuali P. I. cap. 20. §. 7. p. m. 102.* Addictioni *ad manus creditoris* adverſus debitorem obaeratum locus datur, ſi ſententia ad eam condemnatus fuerit. Creditorum tamen arbitrio relinquitur, num *additionem ad manus* adverſus debitorem exercere, an hunc *carceri mancipari* velint, qnae autem optio debitori plane §. 14. denegatur, *Wenn aber der Schuldner durch eingeholtes Urthel* zur *traditione ad manus* condemniret, *ſoll dem* Creditori *frey*

 *ſte-*

*ſtehen, ob er ſich des* Debitoris Arbeit gebrauchen, *und ihm die Schuld abverdienen, oder ob er ihn vielmehr mit Arbeit verſchonen, und hergegen in Ketten und Banden halten, oder aber ihn gar* in der Obrigkeit Verwahrung bringen, *und die Schuld alſo abſitzen laſſen wolle.* Addatur das Gothaiſche Handels- und *Banqueroutirers-Mandat d. an.* 1740. §. 30. 31. *ſq.* quo judicibus injungitur, ut adverſus decoctores doloſos non ſecus ac contra fures procedant ac eosdem poenae promeritae ſubjiciant. Quae cum ita ſancita ſint, non dubito, debitores in puncto debiti *ſe ad carceres* ibidem quoque devincire poſſe.

## §. XXXIII.

*Ius privinciale* SAXO-ALTENBURGICUM *P. II. cap. 4. Tit. 24. p. 317.* Decoctoribus, quorum bona ad extinguendum aes alienum non ſufficiunt, carceris incluſionem injungit, ita ſanciens: *Es ſoll auch ein ſolcher muthwilliger* Banqueroutirer *ſich ſeiner Gläubiger wieder dero Willen durch Abtretung ſeiner zur Zahlung nicht zulangenden Güther, nicht zu entledigen und zu befreyen haben, ſondern nichts deſto minder, auf deren Begehr und Anſuchen, in gefängliche Haft geleget, und alſo lange darinne verwahrlich enthalten werden, bis daß er die Gläubiger befriedige, oder ſich ſonſten mit ihren guten Wiſſen und Willen vertrage und abfinde.* Si ita lex ipſa debitori infido carcerem dictat, nihil erit impedimento, quo minus debitor ſemet ipſum erga creditorem in eventum non ſecutae ſolutionis ad carcerem obſtringat.

## §. XXXIV.

Quum et Decoctores, qui bona ſua inordinato vitae genere, pigritia, luſu, luxuque diſſiparunt et creditores ſuos pecunia doloſe defraudarunt, in BAVARIA carceri et relegationi tandem obnoxii ſint; exinde inferri licebit, debitoribus ſe ibidem quoque ad carceres in caſum non exſoluti debiti conventione obſtringere eſſe integrum. *Ius enim provinciale* BAVARICUM *Tit. 13. art. 8.* ita ordinat: *Wofern aber jemand aus ſeinem unordentlichen Weſen und Unfleiß, daß er dem Spie-*

*Spielen*, *Trinken* &c. *abgelegen*, *in Schulden gerathen*, *der ſoll* zur *Ceſſion* nicht gelaſſen, *ſondern auf Begehren der Gläubiger*, *deſſen Güter geſperret*, *und beſchrieben*, *ob nicht verſteckt*, *oder geflehnet*, *Erfahrung*, *und*, *wo von nöthen*, *mit Beeydigung der Ehehalten*, *eingezogen*, *zu der Bezahlung angehalten*, *und wo ſie nicht zubezahlen haben*, *mit* Gefängniſs, *oder* Verweiſung des Landes, *und nach Gelegenheit der Sachen*, *in andere Wege mit ihm verfahren werden. vid.* Bairiſches Landrecht *p. m. 203.* SEBASTIAN KHRAISSER *in Inſtit. Iur. Romano-Bavarici Electoralis Lib. III. tit. 15. n. 4. p. 200*, quaeſtionem quidem movet: *an vero pactum valeat*, quo debitor ſe ad carceres vel arreſta, vel poenam excommunicationis &c. obligaverit? ſed BERLICHIUM *P. 2. Concl. 27. et 29.* tantum allegat, juris autem *Bavariei* productione ibidem plane ſuperſedens. *Vid.* tamen KRAISS. *l. c. p. 208.*

## §. XXXV.

Ordinatio HESSO-CASSELLANA de *Decoctoribus* ſ. Banqueroutiers d. an. 1751. et HANOVIENSIS de an. 1731. imperant, ut malitioſus decoctor ſeveriori corporis afflictione et iis, quae fraudulentam decoctionem circumſtant, exigentibus, vita puniatur. Quis itaque non aſſentiat, debitores ſe in terris *Caſſellanis* et *Hanovienſibus* ad carceres, ceſſante temporibus praefixis ſolutione, obſtringere poſſe.

## §. XXXVI.

Si quis jus CULMBACENSE, quod ſub inſcriptione: Brandenburg-Culmbachiſche Landes-Ordnung *an. 1745.* publicatum eſt, evolvere nitatur, is ex *§. 2. et 6. p. 39. et 41.* facile percipiet, doloſos decoctores *in carcerem* ibidem protrudi, et *pro infamibus*, *munere et officio ac honeſtarum ſocietatum conſortio indignis* declarari (*). Quibus poſitis

(*) Officium *publicum* decoctorem a carcere non liberat. Quodſi foret, omnes officiales publici impune luxuriam exercerent, quod profecto inſigne Reipublicae dedecus ac opprobrium eſſet.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-692248-p0045-3

tis, exinde quoque quoque inferre licebit, debitoris *obligationem ad carcerem* admiſſum iri. Verba *§. 2.* huc facientia ſunt haecce: *daß wieder einen ſolchen* malitioſen *Decoctorem und* Anſetzer *nicht nur nach der Schärffe der Rechte ſogleich mit der* Captur *verfahren, ſondern auch derſelbe nach vorherigen richterlichen Erkäntniß andern zum Exempel, Abſcheu und Warnung* vor ehrlos, *und* aller *Chargen*, Aemter, ehrlicher Geſellſchaften, Innungen *&c. verluſtig erkläret.* Quodſi fuga ſe ſubtraxerit, atque ejus locus habitationis ignoretur; ſub poena *infamiae* publice citari, citatioque ipſa etiam relationibus publicis ſecundum *§. 6.* inſeri debet, *daß derſelbe* (Decoctor fugitivus) *ſonder Vorzug* edictialiter in dreyer Herren Länder, *und binnen dreyer gewiſſen* Terminen, *ſub poena infamiae* citiret, - - - *und damit ſolches zu jedermanns Wiſſenſchaft gelangen möge,* publice affigiret, *und auch denen Zeitungen einverleibet werden ſoll.*

## §. XXXVII.

In comitatu SCRWARZBURGICO quilibet ſe ad incarcerationem valide quoque devincire poteſt, eamque deinde judicis auxilio interveniente ſubire tenetur, quod ex verbis *Ordinationis Proceſſus* SCHWARZBURGICAE *P. IV. Tit. XI. §. 15.* ſatis perſpectum et cognitum eſt: *Jedoch, da jemand in einer von ſich geſtellten* obligation, *oder in einem mit dem Gegentheile eingegangenen* Contracte die Zahlung dergeſtalt verſprochen hätte, *daß im Fall nicht erfolgten Bezahlung und Erfüllung der* Creditor *Macht haben ſolle, entweder ſeine* eigene Perſon *oder aber ſeine Güter nach Gefallen zu* arreſtiren, *und deren ſich anzumaſſen: So mag auf vorhergehende ſchrifft- oder mündliche* Imploration *der* Areſt *wider* des Schuldners Perſon, *oder auf deſſen Güter verſtattet werden.* Et in *§. 21. laudatae ordinationis* annectuntur et hae diſpoſitiones, quibus debitor excuſſus creditori vel *ad manus adjudicatur*, vel *in carcerem*, tolerabilem quidem, niſi ſolutionem praeſtiterit, *detrudi poteſt ac debet. Wenn aber der Schuldner gäntzlich ausgeklaget wäre, und weiter nichts in Vermögen hätte, woher die Bezahlung*

zu

*zu nehmen ſey, ſo ſoll der* debitor *entweder dem Gläubiger, welchem dieſfalls die* Electionn *zulaſſen*, durch tägliche Handarbeit die Schuld abzuverdienen *an die Hand gegeben, oder aber ſelbige* abzuſitzen, *in ein* leidlich Gefängniſs geleget werden. Nam licet hac praemiſſa ſanctione a perſona debitoris, *executionis initium* carcere fieri nequeat; hic tamen et *addictio ad manus* creditoris obtineri ſolet, ſi bonis lapſus debitor ſolutionem facere haud poſſit. *Add. §. 23. alleg. Ordinationis*, conf. beati I. F. Mildeneri *Tr.* von Bürgerlichen Gehorſam, qui et §. 1. de carceris in oppido *Francohuſano* uſitati ita loquitur: Singularis ab antiquo ratio apud nos obtinuit, in coercendis civibus, debitoribus praecipue *moroſis*, obſtagium, pignus vel areſtum *perſonale*, quod appellare vulgo ſolemus *den Bürgerlichen Gehorſam*. Obtinet hic modus in cauſis debitis liquidis cum primis, ita quidem, ut debitor confeſſus, vel convictus, niſi intra ſex ſeptimanas, *binnen dreymal 14. Tagen*, ſolverit, aut judicato plene ſatisfecerit, actore petente, ſine praecedente executione, *in mobilia*, vel *immobilia*, *ſtatim in areſtum detrudatur*, ex quo, ſub amittendi juris civitatis poena, non auſugere licet. Si vero *poſt decem dies* non ſolverit, tunc demum *executione* proceditur *in bona debitoris:* quo facto, tamen arreſto non liberatur, ſed eo tamdiu detinetur, usque dum *per fidejuſſores* ſatis idoneos liberatus fuerit. *Hactenus* Müldner. *Statuti autem Francohuſani Art.* 42. integrum produxit Illuſtris Carl Frid. Walch in Beyträgen zu den Teutſchen Rechte. *P. I. p. 221. ſq.*

## §. XXXVIII.

In comitatu Schauenburgico vi der Polycey-Ordnung *cap. 12. §. ult. p. m. 119.* debitores, aes alienum praefixo tempore non exſolventes ad carceres tamdiu condemnantur, donec id creditori exhibeant. Lex de hac re ita conſcripta extat: *Weil auch oftmals Leute befunden, die ihrer und ihrers Herkommens, Standes und Chriſtlichen Liebe ſo weit vergeſſen, daſs ſie mehr als ſie bezahlen können, aufborgen; wann* denn ſolche Untreu ärger als ein Diebſtal, *und andere dadurch in euſer-*

*ſerſtes Verderben geführet, und in Untergang ihrer Nahrung geſtürtzet werden; Als ſollen* ſolche leichtfertige Geſellen *andern zur Abſcheue, wo man ſich an ihren Gütern durch ſchleunige Hülffe nicht erhohlen kan*, mit dem Schuldthurm und Gefängniſs, *bis ſie bezahlt, geſtrafft und mit Waſſer und Brodt geſpeiſet werden.* Ex hac conſtitutione omni laude ac veneratione digna recte colligimus, in Comitatu *Schauenburgico* debitoribus erga creditores ſuos in caſum non diſſoluti aeris alieni *ſe ad carcerem devincire*, omnino integrum eſſe, cujus legis ſanctio in fora iſta Germanorum, ubi lenius multa cum defraudatoribus pecuniarum mutuarum proceditur, introduci mereretur. Nam *carena* i. e. *jejunium in aqua et pane* decoctores ad meliorem vitam ſubinde reducit, qui antea laute et opipare epulati ſunt, et aliorum bona deglutiverunt.

## §. XXXIX.

In terris SCHLESVICO-HOLSATICIS non modo adverſus debitores *obſtagium* obtinet, idque debitori interdum cum comminatione poenae des Schuld-Thurms injungitur, v. c. *Und ihm daſelbſt vorgeſtellte* Einlagen zuhalten *ſchuldig, mit der* Commination, *daß da er dem nicht nachkommen wird, daß er auf dem Fall* in die Strafe des Schuld-Thurms *iezt alsdann und dann als iezt gefallen, und darauf ferner gegen ihn ernſtlich verfahren werden ſoll. Vid.* de WESTPHALEN *Monumenta inedita. Tom. IV. p. 974.* Quae cum ita ſint, ibidem cives erga cives et ſubditos erga ſubditos etiam ad carceres ſe conventione obſtringere poſſe, facile collectu eſt. Itaque obligatio *ad obſtagium* ibidem non excludit *conventionem debitoris* cum creditore ad carcerem, ſi ſolutio deſtinato tempore haud ſequatur; Ergo conventio haec in locis *obſtagii* uſitati *non eſt prohibita.* In regione *Sleswicenſi*, quae *Eyderſtaedt* denominatur, vi des Eyderſtetiſchen Land-Rechts *de an. 1591. P. III. art. IV.*, etſi ibidem *jus obſtagii* conſervatum ſit, etiam *carceri* adverſus decoctores malitioſos locus datur, nihilque igitur obeſt, quominus *conventiones* inter debitores et creditores *ad carceres* ibidem valide intervenire poſſint. Ius laudatum ita ſanxit: *Würde jemand*

*mand, wer der auch wäre*, ſo viel aufborgen, *oder in andere Wege ſchuldig werden*, daſs alle ſeine Güter *nach ergangener* Execution, *und* Excuſſion, *zu der Bezahlung* nicht zureichen, *und genung wären; oder über ſein Vermögen ſich mit* Bürgſchaft einlaſſen, *und er muchte bey ſeinen Gläubigern kein Nachlaſs erlangen; Soll er* auf Anſuchen *ſeiner Gläubiger* gefänglich eingezogen, *und ſo lange darinne verwarlich enthalten werden, bis er ſeine Gläubiger befriedigt, oder ſonſt mit ihnen ſich vertragen.* Et quae ſunt reliqua. In ipſa *Conſtitutione Haderslebienſi* d. a. 1604. §. 9. ſpeciatim conſpicimus hanc proviſionem: *Und ſoll dieſer Verordnung ihres Inhalts* (obſtagii) *bis dahin geſtrengiglich nachgeſetzet werden, bis wegen* Anſtellung eines Schuld-Thurms, *und anderer ernſter Straffen und Mitteln, wieder unehrbare, betriegliche, unbegütterte und ihrer* obligationen *vergeſſenen Schuldigern fernere Beſchaffung erfolget. Vid. Corp. Statutorum provincialium* HOLSATIAE *P. IV. Tit. XIV. p. 127.* Num autem hodie aedificium, quod Schuld-Thurm vocatur, ſit exſtructum, me fugit.

## §. XL.

Secundum Statuta civitatis STADAE in *Ducatu Bremenſi* adverſus moroſos debitores non ſolum *obſtagii* coercitioni locus conceditur, ſed etiam, ſi ex debitoris bonis *mobilibus, immobilibus, nominibus, juribus atque inſtrumentis* operariis aes alienum exſolvi nequeat, creditori quoque facultas debitorem *in carcerem* judicialem *detrudendi* datur, his quidem verbis in der Stadt Stade Gerichts-Ordnung *d. an. 1606. Tit. 24. §. 9. et 10. Seynd die beweglichern Güter nicht genung, ſo wird zu den liegenden Gütern geſchritten, und ſelbige verfolget, wie rechtens, darnach zu den gewiſſen ausſtehenden Schulden und andern Gerechtigkeiten, und endlich zu des* Debitoris *Werkzeug und andern* Inſtrumenten. *§. 10. Kan er damit nicht bezahlt werden, ſo mag er* den Schulder in Verhaftung nehmen, *und in den* Schuld-Thurm *bringen laſſen, und ſoll demſelben täglich einen* Schilling *zu geben ſchuldig ſeyn. Et §. 11.* Etiam ad obſtagium adigitur. *Vid. Perill.* de

E PUF-

Puffend. *Vol. I. Obſerv. univerſi Iuris Obſ. 120. p. 316.* et Vol. II. *im Anhang.* p. 314. Quibus ſanctionibus ordinatis, debitori quoque integrum erit, ut ſemet ipſum conventione erga creditorem ad carcerem devinciat. *Conf. Statuta* Verdensia *art. 51. et 52.* in *Dn. de* Puffendorf. *append. Vol. I. Obſerv. p. 95. et 96.* **.

## §. XLI.

Quodſi debitum Norimbergae *centum florenos non ſuperet*, debitor per quinque annos in cuſtodia *dem Schuld-Thurm* detinetur: ſi vero *centum florenos* excedat, ad decem annos in ea manere tenetur. *Dn. de* Wölcker *ad Reform. Noric. P. I. p. 961.* Quum ita lex ipſa debitorem non ſolventem ad cuſtodiam condemnet, nihil impedit, quominus debitor ipſe erga creditorem ſuum ſe ad carcerem in caſum non praeſtitae ſolutionis obſtringere nitatur et conventionem ſpecialem deſuper ineat.

## §. XLII.

Quum ipſa Reformatio Francofurtana *ad Moenum P. I. tit. XI.* debitori, debito *liquido* extante, vel *confeſſo*, injungat, ut creditori vel ſolutionem, vel ſecuritatem per pignora aut fidejuſſionem praeſtet, vel ad cuſtodiam, creditore petente, ſe conferat, inde etiam intelligitur, *Francofurti debitores* ſe *ad carcerem devinctos* reddere poſſe; quod etiam ex *P. X. Tit. 1. §. 8.* adhuc eluceſcit: *Nach dem hievor in des* heiligen Reichs Policey-Ordnung, *und andern, wie es mit ſolchen mutwillig verdorbenen Leuten, ſo andere mit Aufborgen (das ſie doch nicht vermögen, noch gemeinet ſeyn zubezahlen) böslich darſetzen und betrügen, ſoll gehalten werden, gnugſam verſehen; alſo laſſen wir es auch dabey bleiben, und wollen, daß ſolches auch in Unſer Obrigkeit alſo gehalten werde.* Quibus etiam haec ſanctio addi meretur: Inhalts der Frankfurtiſchen Stadt Policey-Ordnung *d. an. 1671. §. 20. ſollen die böſen Schuldner 3. Jahre* einen gelben Hut tragen, *und Vermöge der* Neuen *Falliten*-Ordnung *d. an. 1708. §. 10. müſ-*

*müſſen ſie* nicht nur ehrlos gehalten, *und erkläret ſeyn*, *ſondern auch als* offenbare *falſarii mit nachdrücklicher Leibes und anderer Straffe angeſehen werden. Vid.* ORTH *P. II. ad Reform. Francof. lit.* 27. *§. 8. p. 629. ſq.*

## §. XLIII.

Tantum abeſt, ut jura HAMBURGENSIA a poenali ſanctione debitorum, quorum bona exſolvendis debitis non ſufficiunt, diſcedant, ut potius eosdem in carcerem *auf den Winſerbaum* abire ſtrenue cogant. Nam *P. I. tit.* 41. *art.* 11. *et* 12. dilucide ſancitur: *Könte der Kläger aus vorangedeuteten Gütern nicht bezahlt noch vergnüget werden, der Beklagte auch keine Bürgen ſtellen kan; So mag der Kläger wegen der reſtirenden und nachſtehenden Schuld*, den *Debitoren* verfolgen, *welcher, wenn er in dieſer Stadt oder derſelben* Iurisdiction *betreten wird, auf des Klägers Begehr* in Verhafftung genommen, *und auf dem* Winſerbaum *verwarlich enthalten werden ſoll, und iſt der Kläger zu deſſelbigen Unterhaltung nicht mehr dann täglich* einen Schilling Lübiſch *zugeben ſchuldig*, ſcilicet *alt Geld*, jam vero 18. *Pfn.* Ex quo proclive quoque eſt collectu, ibidem debitores erga creditores ſuos in caſum morae non ſoluti debiti ſe ad carcerem obſtringere poſſe. Et *art.* 12. adjicitur et haec conſtitutio: *Und ſo die Schuld nicht ein* tauſend Mark Lübiſch *übertrifft, ſoll er ein Jahr lang, da aber ſich die Schuld höher erſtrecket, ſoll er* ſo viel Jahr *auf dem* Winſerbaum *ſitzen*, ſo viel tauſend Mark, *er ſchuldig bleibt*, *und nach Ausgang ſolcher Jahre der Verhafftung erlaſſen, und der Schulden halben gefreyet ſeyn.* Der Stadt Hamburg *Statuta p. m.* 139. *ſq.* Iura HAMBURGICA neutiquam favent debitori et decoctori per protervam ac malitioſam vitam bonis lapſo et conſequenter creditores ſuos defraudanti, prout illuſtris civitatis *Revidirte Banqueroutir-* und *Falliten* Ordnung *d. a.* 1647. *art. VII.* nos amplius condocet his verbis: *Würde aber befunden, daß er* (debitor) *gefährlicher und betrieglicher Weiſe im Schein Trauen and Glaubens, Geld und Waaren bey anderen weit über ſein Vermögen, wiſſentlich aufgeborget, entlehnet und ge-*

*gekaufft, durch übermäſſige Pracht, übel- und fahrläſſigen Haushalten, unordentlichen Verſchwenden, groſſe und unnütze Gebäude, ſtattliche ſeiner Kinder Ausſteuer, über ſeinen Stand und Herkommen, in merkliche Schulden-Laſt gerathen, und dadurch* ſeinen Nächſten, *wider die Chriſtliche Liebe, Recht und Billigkeit* betrogen, *und zu Schaden gebracht, hernach aufgeſtanden, ausgetreten und in andere Gebiethe ſich begeben, und begleiten laſſen hat. Viele ſolche betriegliche und ſchändliche Handlungen,* die ſich einen Diebſtal wol verglichen, *dem gemeinen Nutzen, Handthierung und Kauffmannſchaft, zu unerträglichen Schaden und Nachtheil gereichen, und derowegen gegen ſolche* muthwillige *Banqueroutirer, als dem gemeinen und* privat *Nutzen ſchädliche und nachtheilige Perſonen, andern zum abſcheulichen Exempel billig mit Ernſt zuverfahren iſt; So wollen und ordnen Wir, daß ein ſolcher* Fallite, *wenn er gleich mit ſeinen* creditoren *vertragen iſt, und darauf zur häußlichen Wohnung wieder kömmt,* zu keinen *dignitaeten* (*) *wieder gezogen werde, und wo er einige vorhin gehabt hätte,* derſelben verluſtig ſeyn, aller ehrlichen Geſellſchafft, Brüderſchaft und Verſammlungen *ſich enthalten,* unten an ſitzen, *auch in dieſer Stadt das* Mekler Amt *zu bedienen, und als ein anrüchtiger über ehrliche Handlung zu gezeugen nicht zugelaſſen werden ſoll.* Hamburgi adverſus *Senatores* in cauſa debiti etiam ſerio ac legitime procedi *ſtatuta civitatis* laudatiſſimae *P. I. tit. 1. art. 7. p. 4.* ſatis evincunt, ita ſanciendo: *Kömpt jennig Mann auf das Hauß vor den Rath, der einen* Rathsverwandten um Geldhaftige Schuld *zubeklagen hat, den Rathsverwandten ſoll der Bürgermeiſter heiſſen aufſtehen, und den Manne Rechtspflegen auf dem Hauſe und anders nirgends,*

(*) Carolus V. *Imp.* in *Ordinat. Provinciali Belgica an.* 1540. *d.* 4. *Octobr. Bruxellis data,* jubet *art.* 2. Banco - ruptores laqueo vita privari, et Iudices hanc poenam negligentes ad debita ejusmodi falliti exſolvenda adigi; item obligat ad ſolutionem, qui ceſſiones &c. ſimulate perfecerint, aut ſi non ſolvendo ſint, fuſtigatione puniri. *Vid.* Nettelbladt *Theſaur. ad Ius Hamburgenſ. Vol. I. p.* 753.

*gends, da dann der beklagter der Schuld iſt geſtändig, ſo ſoll man ihme* Tagdingen, *wie recht iſt, und geldet er in beſtimmter Zeit nicht,* ſo ſoll man ihn nicht in den Rath laſſen, *bis er dem Mann recht thue.* Bene et glorioſe exercetur ac expeditur juſtitia, ſi eadem adverſus viros, qui uti dignitate eminent, ita et juſtitia prae aliis conſpicui eſſe deberent, in actum intemerate deducatur.

## §. XLIV.

Quando *jure* Lubecensi inter cives et incolas ex mutuo et debito *liquido* agitur, Reo primo *quatuordecim* dies, deinde *octiduum* ad ſolvendum praefigi debet. Quodſi intra terminum praefixum non ſolvat *ante occaſum ſolis*, nec *fidejuſſores* offerat, ipſe reus *detineatur, er muß ſelbſt Bürge werden*, i. e. *incarcerationem* ſubire tenetur, donec debitum exſolvat. *Ius Lubec. Lib. III. Tit.* 1. *art.* 1. *p.m.* 1. Mev. *ad I. Lub. Lib.* 3. *Tit.* 1. *art.* 2. *n.* 61. Ioa. Luc. Steins Einleit. z. Lübeck. Rechtsgelehrſamkeit. §. 530. p. 543. ubi textus Iuris *Lubecenſis* ſequentes producuntur: *Daß keines Bürgers Perſon von andern Bürgern, und Einwohnern verarreſtiret werden könne, Schuld halben, es wäre dann, daß er allbereit mit Recht* überwunden, *oder daß er etlichemal* citiret, *und er* ungehorſamlich ausgeblieben *wäre, oder daß er* flüchtig *werden wolle.* Si itaque Statutum ipſum contra debitorem confeſſum vel convictum, fidejuſſore deficiente, carcerem decernat; nihil obſtat, quominus *debitor ipſe ſe erga creditorem* ad iſtum obſtringat *in caſum non ſecutae ſolutionis* debiti. Mevius *ad I. Lubec. L. I. Tit.* 3. *art. n.* 35. *p. m.* 151. Mevius quidem *P.* 8. *Dec.* 389. *p.* 1378. creditoribus, qui debitorem in vincula conjici jubent, *probationem prodigalitatis* injungit; non autem debitori ipſi, qui ſe *fortunae injuria* miſerabilem ait. Aſt factum *infortunii* ab allegante eſt probandum. Creditoribus fere impoſſibile foret, Oeconomiam debitoris clanculum luxurioſam probare. Et ipſi Lubecenſes debitorem obaeratum demonſtrare juſſi ſunt, ſe *ſine ſua culpa* bonis lapſum eſſe. Leyser. *Vol. II. Spect.* 474. *m.* 9. *p.* 425. Caſus *fortuitus verus* eſt

 ille,

ille, quem nullum conſilium humanum praevidere poteſt, unde et *improviſus* dicitur, hunc itaque ſi allegat debitor, eum etiam probare tenetur, eſt enim *quid facti*, facta autem probari debent; idem *de Iure Auſtriaco* quoque ſtatutum eſt. Nied. Oeſterr. *Execut. Ordn.* tit. 3. §. 13. ibi: *So ihnen* (caſum fortuitum allegantibus) *zu erweiſen obliegen ſoll.* Vid. Finsterwalder *Obſ. Pract. ad Conſuet. Auſtr. Lib. I. Obſ. 105. p. 248.*

## §. XLV.

Statuta Mühlhusana *Lib. I. art. 92.* non permittunt, cives, qui vel indigenae vel alienigenae pecuniam vel alias res debent, in carcerem conjici, licet *in Gehorſam zugehn* obſtricti ſint (*). Ex quo articulo Statuti concludere licet, civibus *Mühlhuſanis* minus integrum eſſe, ut conventionem cum aliquo ad carcerem de debito pecuniario aut alia re ineant, alioquin contra legem *prohibitivam* agitaſſe viderentur. Statutum ita ordinatum legimus: *Einen hier geſeſſenen Bürger ſoll man um Geld, oder andere Schuld, damit er einem andern Bürger, Gaſte oder dem,* ſo alhier nicht Bürger iſt, *verhafftet, nicht greiffen, oder* ins Gefängniſs *führen laſſen, ſondern nur* im Gehorſam *zugehen gebiethen.*

## §. XLVI.

Unumquemque condocet das Lüneburgiſche Stadt-Recht. *P. II. Tit. XIII. p. m. 44.* ibidem debitorem aes alienum conflatum bonis ſuis extinguere non valentem, volentibus creditoribus, in cuſtodiam, quae *Schild-Thurm* nuncupatur, detrudi, ut in ea ob malitioſam oecono-

(*) Statuta *Mühlhuſana Lib. I. art.* 91. *et* 92. diſtinguunt inter Gefängniſs et Gehorſam *zugehen, oder Innlager zuhalten;* a carcere cives immunes ſunt, non autem *vom Einlager oder Gehorſam.* Bene foret, ſi diſtinctionem et differentiam iſtorum in gratiam extraneorum adjicere placuiſſet.

conomiam etiam poenam vita acta dignam luant. Statutum laudatum ita ſancit: *Wo jemand in unſer Stadt geſeſſen, oder ſich darin enthielte, wer der auch wäre, ſoviel aufborgen, die Leute überſetzen, oder in andere Wege ſchuldig werden würde, daß alle ſeine Haab und Güter, nach ergangener Auspfändung*, Execution *und* Excuſſion *zur Bezahlung nicht zureichten, und genung wären; oder da er über ſein Vermögen ſich in Bürgſchafft einlaſſen, und nicht zubezahlen haben würde, oder die Schuld dem Gläubiger nicht genungſam verſichern könte; da auch der Gläubiger mit ſeiner, des Schuldmanns eydlicher Zuſage, und Angelobung (nemlich wenn er künfftig was erwerben würde, ihm den Gläubiger nach Möglichkeit zu bezahlen) nicht friedlich ſeyn wolte; ſo ſoll alsdenn gedachter Schuldner auf des Gläubigers Begehren*, in den Schuld-Thurm, *welchen wir ſonderlich darzu verordnen wollen, gelegt, und woferne er noch ſoviel übrig hat, von den ſeinen, oder in Mangel deſſen, auf des Gläubigers, der ihn hat einziehen laſſen, Unkoſten zur Leibes-Notturfft ohne Ueberfluß geſpeiſet, auch darinne verwarlich gehalten werden, biß er den, oder die Gläubiger befriedigte, oder ſich ſonſten, mit ſeinem oder ihren guten Wiſſen und Willen vortrage und abfinde.* Qua ſanctione Lüneburgi ſaluberiter ſtabilita, inde proclive perceptu eſt, debitori ipſi erga creditorem ſuum ad carceres in eventum haud praeſtitae ſolutionis ſe obſtringendi facultatem concedi, cum ſtatutum ipſum adverſus decoctores animadverſione carceris uti indulgeat et chirographa attendere et exequi jubeat. *P. II. Tit. XIII. p. 42.* verb. Weil in allen Handlungen *&c.*

## § XLVII.

In terris Sereniſſimi Ducis Guelferbytani, ut alibi, conventionem debitoris ad carcerem etiam locum habere poſſe, cuilibet ex conſtitutione Friderici Ulrici *d. an. 1617.* facile colligere ac percipere integrum erit; atque haec conſtitutio *wegen* Exequir*ung untadelhafter Siegel und Briefe* ſpeciatim publicata eſt, in qua pacta et chirographa legibus conformia ſancte implenda eſſe ſerio injungitur paciſcen-

ciſcentibus. *Vid. Privilegia* der Heinrich-Stadt und anderer Wolffenbütt. Landes-*Conſtitutiones. pag.* 102 *ſqq.*

§. XLVIII.

In diſtrictu *Bremenſi* et *Stadenſi* inter perſonas *eccleſiaſticas* an. 1422. obligationem *ad carceres ac compedes* eſſe ſtabilitam, indicat documentum deſuper conſcriptum, quod venerandus Canonicus et Theſaurarius Hamburgi D. IOH. RUMPFF in diſp. inaugurali *de nonnullis conventionibus Germanorum acceſſoriis, quibus debitores ſuos olim arctius obligare nitebantur. §. 34.* exhibuit. *Vid. b. de* WESTPHALEN *Tom. II. Monum. inedit. p. 350. et 353.* De pacto de carcerando debitore moroſo *Vid.* MEVII Tr. über die Bremiſche Landes-*Conſtitution* von Wucherlichen *Contracten. P. I. c. 9. §. 6. p. 128.*

§. XLIX.

Civitatis ERFURTINAE *Ordinatio Politica d. an. 1583. art. 14. §. ultim.* debitores, qui pecuniam mutuo ſumtam creditoribus ſuis reddere nequeunt et plane non ſolvendo ſunt, ad carceres condamnat; ergo debitori ibi quoque permiſſum erit, ut ſemet ipſum conventione ad carcerem in eventum non ſecutae ſolutionis debiti obſtringat. Verba ordinationis dictae ita enunciant: *Wenn der Schuldner gar nichts hätte davon ſich das obſiegende Theil erhohlen könte, auf dem Fall ſoll es* mit dem Gehorſamszwang, Beſtrickung, und Halten des Stadtrechts, *gebaret werden, wie vor Alters herkommen, und nach Ausweiſung unſerer* Statuten.

§. L.

In civitate magna et commerciis opulenta floridaque, quae DANTISCUM denominatur, debitores, quorum bona exſolvendo contracto aere alieno minus ſufficiunt, etiam carceri mancipantur, niſi hic a creditoribus benigne remittatur, prout nos condocent Statuta der See-

und

und Handels-Stadt Dantzig Recht, oder Willkühr anno 1749. iterum publici juris facta. *P. II. c. 3. §. 11. p. 44. So viel die Perſon des Schuldners belanget, der auf ſeine Güter Beſatzung thun läſſet, und nicht andere Mittel mit ſeinen* Creditorn *vornimmt, was die Güter nicht zulangen,* der ſoll auch mit ſeiner Perſon, denen *Creditoren* für das übrige haften, *iedoch daß erſtlich die Güter* exequiret, *und in allewege, wie weit ſie zureichen, zurecht unterſuchet werden ſoll.* Deinde *P. II. Cap. 4. §. 11. p. 50.* quoque ſancitur: *Wenn durch alle vorgehende Mittel der* Execution *in Güter*, bona et nomina debitoris *des* Creditoris *zugetheilten Schulden nicht können erhoben werden, ſo wird die äuſſerſte* execution ferner in des *Debitoris* Perſon verſtattet, *auf des* Creditoris *Unkoſten, die Woche einen Mark zur Speiſung,* in Verhaftung einzugehen; *Es wäre dann unter beyden Partheyen ein anders beredet und verwilliget.* Ex his civitatis inſigni libertate munitae Statutis proclive eſt collectu, etiam ibidem debitoribus ſe *conventione* expreſſa erga creditores ſuos *ad carceres* in eventum non ſecutae ſolutionis obſtringendi indulgeri facultatem, ſi enim lex ipſa moroſos debitores ac decoctores carceri ſubjiciat atque eo modo executionem *in perſonam ipſam exerceat*; nihil impedit, quo minus debitores ſe ipſos carceri, mora ſolutionis interveniente, mancipent ac devoveant.

## §. LI.

Statuta oppidi Weissenfels dicti *Cap. XI. art. 1.* etiam concedunt, ut debitores erga creditores ſuos ſe ad carcerem devinciant, uti ex verbis colligimus: *Was aber darüber (nemlich vier gute Schock) ſeyn wird, und* der Gehorſam freywillig nicht verſchrieben &c. Atque adeo conventio ad cuſtodiam debitori indulgetur. *Vid.* Kreysigs Beyträge zur Hiſtorie der Chur- und Fürſtl. Sächſiſch. Lande. *P. V. p. 206.*

## §. LII.

Statuta oppiduli Heldburg, quod ad principatum *Hildburghauſen* hodie pertinet, ut moroſi debitores, ſi termino ſolutioni praefixo mi-

minus ſolvant debitum, ad cuſtodiam ſe conferant, jubent: *Es wird der beklagte in Nicht-Bezahlungs-Fall* auf den Gehorſam gewieſen, *und von dannen nicht gelaſſen, bis er bezahlet hat. Gehet er aber ohne Erlaubniß aus dem Gehorſam, ſo verliehret er das Bürgerrecht, und muß von neuen ſolches wieder kauffen, und Pflicht leiſten. Vid.* KREYSSIGS Beyträge zur Hiſtorie der Chur- und Fürſtl. Sächſiſchen Lande. *P. III. p. 245.* Integrum itaque ibidem etiam debitori erit, ut ipſe conventione ſe erga creditorem ad cuſtodiam obſtringat et dicet.

## §. LIII.

Civitatis MINDENSIS ſtatuta debitorem, bonis deſtitutum tandem etiam ad arreſtum perſonale condemnant. *Vid. Statuta Lib. II. tit. VII. art. 1.* in IAC. ANDR. CRUSII *Iure Statuario Reipl. Mindenſis p. 92. ſq.* quo non ſecus, quam per oblationem et ceſſionem bonorum liberatur. Qua ſanctione extante, integrum quoque erit civi debitori, ut ipſe ſe ad carcerem erga creditorem obliget ac devinctum reddat.

## §. LIV.

Ubicunque legum et Statutorum ordinationibus debitoribus aes alienum *non-ſolventibus* vel decoctoribus *malitioſis* injunctum eſt, ut, donec ſolutionem a judice imperatam praeſtiterint, *in carcerem*, Schuld-Thurm, Gefängniſs vel Gehorſam conjiciantur, ibi argumento legis aut ſtatuti debitores conventione quoque erga creditores ſuos ſe in caſum *non impletae ſolutionis* ad carceres vel *Gehorſam* obſtringere poſſunt, licet in ipſis legibus aut ſtatutis *de conventione* tali nulla injecta ſit mentio. Nam ſi carcer &c. in eventum non praeſtitae ſolutionis *lege* vel *ſtatuto* adprobatus fuerit ac obtineat; nihil obſtare videtur, quo minus debitor ipſe ad eum ſe *expreſſe*, interveniente cum creditore *conventione*, devinciat. *Conf.* GOSWINI *ab Esbach. Not. ad* BENED. CARPZOVII *Defin. P. II. Conſt. 20. def. 1. p. 222.* Quod enim *lege* vel ſtatuto inter aliquos *diſponi* poteſt, hoc etiam *ex pacto* inter eos valide conſtituere licet, quod volenti contingit, pro injuria haberi

ri nequit. Qua propter hanc ſaniorem, eamque in Germania ac aliis Regnis receptiorem ſententiam late etiam probatum ivit Colerus *de Proc. Execut. P. I. c. 6. n. 53. ſq.* Berlich *P. II. Concl. 27. n. 3. p. m. 178.* Myns. *c. 6. obſ. 51.* Mevius *ad I. Lubec. Lib. I. tit. 3. art. 1. n. 35. p. m. 151.* Lauterb. diſp. *de poena conventionali. §. 21.* Stryk. d. *Caut. Contr. Sect. 2. c. 1. §. 39.* Christin. *Deciſ. Belgic. 167. n. 1.* Feltmann *Tr. de juramento perhorreſcentiae cap. 24. n. 18. 19. et 37.* Carpz. *Pr. Crimin. P. 3. qu. 111. n. 41. et Conſt. Sax. Elect. P. II. Conſt. 22. Edict. Torgav. d. an. 1558. Tit.* von Aufborgen. *Reſol. Gravam. d. an. 1657. Tit.* v. Juſtitz-Sachen *§. 7. Ord. Proc. Sax. Tit. 52.* Churſächſ. *Banqueroutiers-Mand. d. an. 1724. §. 13.*

## §. LV.

Accidit nonnunquam, quod debitor ad perſonale arreſtum *in quocunque loco*, poſt moram non praeſtitae ſolutionis deprehenſus fuerit, ſeſe obſtringat, formula ſatis uſitata: *Ich gebe auch meinem Gläubiger volle Macht und Gewalt, mich im Fall der Nichtzahlung an allen Orten und Enden, wo er mich antreffen mächte, mit perſönlichen* arreſt *zubelegen, aus welchem ich vor gäntzlicher Abtragung des* Capitals *ſamt denen Zinſen und verurſachten Unkoſten nicht entweichen will. Vid.* Henr. Hildebrand diſp. d. *Imputatione ſoluti ex pluribus nominibus §. 13. p. 21.*

## §. LVI.

Debitor diebus *feriatis* non poteſt arreſtari, quia illi in Dei honorem introducti ſunt, *niſi debitor ſuſpectus ſit de fuga*, qua de cauſa *die* etiam *feriato* capi et arreſtari poterit, vel etiam, ſi periculum ſit in mora, ſcilicet, quod debitor illo in loco amplius non inveniretur, etiamſi eſſet dives, vel alibi habitet, vel quod inops et periculum ſit, ne unquam alibi utiliter conveniri aut inveniri poſſit.

## §. LVII.

Quoad pactum hujus ad cuſtodiam *id diſcriminis* potiſſimum inter fora, quae *jure communi* reguntur et quae *fora Saxonica* et nonnulla alia intercedit, quod 1) *in illis* praerequiratur jam facta debitoris *excuſſio: in his* vere minime; II) in *illis ceſſio bonorum* liberet a carcere, in *his* autem neutiquam; III) *in illis mulier* ob debitum ex cauſa civili ſe obligare nequeat ad carcerem, *in his* autem poſſit, maxime, ſi mercaturam exerceat.

## §. LVIII.

*Iure communi* debitor vigore talis pacti vel ſtatuti non poteſt capi et in carcerari, niſi prius ejus bona excuſſa, et non ſufficientia reperta fuerint: prius enim diſcutiuntur *mobilia*, quam immobilia et prius *immobilia*, quam *nomina*, deinde pervenitur *ad perſonam* ſ. *capturam.* Berlich *P. II. Concl.* 27. *n.* 26. *et* 27. *p.* 181. Sed *Iure Saxonico Electorali* et *ubi ſimilis modus* procedendi eodem caſu adprobatus, *debitor* vi hujus pacti *ſtatim* absque ulla diſcuſſione capi et carcerari poteſt, per hoc *unicum et inevitabile fundamentum*, alioquin pactum hoc *ſpeciale partium* eſſet *fruſtraneum* et nihil operaretur. Berlich *P. II. Concl.* 27. *n.* 28. *p.* 181. Licet reus in carcere poſitus ſit, quia tamen debitum liquidum non ſolvit, nihilominus ad creditoris inſtantiam debet pati immiſſionem in bona et venditionem, *L.* 2. *C. de exact. tribut.* nam, quamvis ad carcerem deventum ſit; tamen creditori nondum eſt ſatisfactum, *L.* 6. *d. fund. inſtruct.* Bartol. in *L.* 21. *§.* 3. *d. fidejuſſ.* E contra, qui immiſſionem in bona impetravit, idem poſtea non prohibetur petere, ut reus mancipetur carceri, cum, qui de pluribus ſibi competentibus remediis vnum elegit, per hoc non cenſetur aliud dimiſiſſe, Bartol. *in L.* 8. *n.* 17. *C. quomodo et quando jud.* Coler. *Proc. Exec. P. I. c.* 8. *n.* 44.

§. LIX.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-692248-p0060-5

§. LIX.

Carceri mancipari haud poſſe *illuſtres*, *nobiles*, *Profeſſores*, *Doctores*, aliosque, qui habent privilegium *competentiae*, traditur. *Vid.* CARPZ. *P. II. Conſt. Sax. Elect. 22. Def. 18. et 19. P. I. Conſt. 32. def. 15.* BERLICH. *P. II. Concl. 28. n. 39. ſq. p. 189.* Sed hodie traditioni huic non ſecus dabitur locus, quam ſi lex provinciae vel civitatum ſtatuta iſti adſtipulentur. V. gr. in *Cod.* FRIDERICIANO *Marchico* P. III. Tit. 42. §. 12. p. m. 273. ſancitur: *Hingegen ſollen weder* Perſonal- *noch* Real-arreſte *wieder Unſere von* Adel, Bürger und übrige Unterthanen, *wann dieſelben* mit *immobilibus* angeſeſſen, *veranlaſſet werden. Et Part. IV. tit. 9. Sect. VII. §. 203. n. 10. p. 362.* etiam haec ſanctio nobis eſt obvia: *bey denen Geiſtlichen, Edelleuten und* Doctoren *ſoll das beneficium competentiae blos ob* qualitatem perſonae nicht ſtatt haben. Deinde §. 208. *Es können aber zu dem* Beneficio competentiae *nicht gelaſſen werden*, 1.) *die jenigen die einen vorſezlichen und betrüglichen Banquerout* gemachet *haben. Ibid. p. 362.*

§. LX.

Verum enim vero ſi Nobiles, Profeſſores, Doctores alliique privilegiati *privilegio ſuo* nimis confidentes *dolo, fraude et dilapidatione* ſuis facultatibus ſunt lapſi et aliae circumſtantiae adſunt, ex quibus adparet, quod *ſtudioſe* in fraudem et damnum creditorum *ſua bona amiſerint*, vel *deglutiverint*, talis immunitas ceſſat, et in carcerem detrudi poſſunt. BERLICH. *P. II. Concl. 28. n. 42. p. 189.*

§. LXI.

Si *Nobiles*, *Doctores &c.* ſe ad carcerem in eventum non praeſtitae ſolutionis *conventione ſua* obſtrinxerint, *ex conventione* omnino tenentur, et quamvis ob immunitatem legis alioquin cuſtodiae mancipari nequeant; haec tamen ceſſat, ſi *pactione ſemet ipſos* ad carceres devinxerint, immunitati *tacite* renunciantes, atque adeo ipſis ad privilegium *renunciatum* non amplius indulgetur regreſſus.

## § LXII.

Ubi pactiones ad carceres *legibus loci* non adprobatae ſunt, *illius* loci ſubditi quidem agere poſſunt ad incarcerationem alibi, v. gr. in *Saxonia Electorali*, modo *Reverſalibus* caverint, eumdem incarcerationis proceſſum *incolis* Electoratus Saxoniae a Magiſtratu iſtorum denegatum non iri. *Ordinatio Proc. Sax. Elect.* Tit. 52. §. 7. de hoc caſu hanc proviſionem edidit: *Da aber ein Ausländiſcher von denen Orten, da der* Schuld-Thurm, *oder andere dergleichen* ernſte Mittel nicht in *Obſervantz* ſind, *Unſere Unterthanen auf den* Schuld-Thurm *beſchuldigen wolte, ſoll ihm ſolcher* Proceſs *eher nicht verſtattet werden, er bringe dann von ſeiner Obrigkeit* Revers *ein, daſs auch daſelbſt Unſern Unterthanen in denen Schuld-Sachen auf ihr Anſuchen dergleichen Recht und* Proceſs *mit getheilet werden ſoll* (*). Conf. QUINT. SEPT. FLOR. RIVINI *En. Iur. ad Ord. Proc. Sax. Tit.* 52. *En.* 16. *p.* 1686. *ubi Enunc.* PHILIPPI *ad Proc. Sax. El. Tit.* 52. *Conſ.* 7. E contra *Forenſes* etiam poſſunt incarcerari, ſi in Electoratu hunc in modum contraxerint et *ibidem* inveniantur. CARPZ. *P. II. Conſt.* 22. *def.* 26.

## §. LXIII.

Licet *clerici*, quod debita *civilia ex contractu* concernit, intuitu iſtorum ab incarceratione merito eximantur propter beneficium *competentiae* et diſpoſitionem *C. Odoardus* 3. *X. de ſolutione*, cujus uberiorem explicationem videre licet ap. GONZAL. TELLEZ *ad dict. cap.* 3. illi

(*) Sed in *Noviſſimo Mandato Sax. Elect. de Bancaeruptoribus d. an.* 1766. §. 13. haec ſanctio de *extraneis* eſt abrogata, ibidem enim conſtituitur: *wollen wir* - - *nicht minder zu mehrerer Aufrechthaltung des* Credits, *das*, ſo §. 7. *Tit.* 52. (der Proc. Ordnung) *wegen derer Ausländiſchen* Creditorum *vorgeſchrieben, hierdurch gäntzlich aufheben, und* im leztern Fall, *iedermann gleich durchgehende Juſtitz* adminiſtiren *laſſen wollen. Vid. Cont. Codicis Auguſtei P. I. p.* 931.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-692248-p0062-7

illi tamen, ſi *tribus* ſententiis conformibus ad ſolvendum condemnati, vel ſolutionem *jurejurando* promiſerint, aut *Cameralem obligationem* praeter jusjurandum *debito* adiecerint, in qua ſe ad *carcerem et detentionem* adſtrinxerint, *carceri* vel *cuſtodiae militum* dari poſſunt. *Vid.* IOANN. GAERTNERI *diſp. de incarceratione clericorum cum et ſine carena. habit. Altorf.* 1684. *Cap.* 2. *§.* 24. *p.* 25. *ſqq.* ubi et p. 29. de poena *ſacerdotis fornicantis* agitur, eique lectio praeſcribitur caſte vivendi.

## §. LXIV.

Utut *clerico* cambia contrahere interdictum ſit; ei tamen *conventio* ad *carcerem* permittitur, cum inter cambium et hanc obligationem ad carcerem magna ſit differentia, atque adeo clericus, qui ad carcerem ſeſe ſaltem obligavit, vi *Mandati Saxonici Electoralis d. an.* 1711. ſe non obnoxium reddit ſuſpenſioni ac remotioni, in primis cum ſanctiones poenales extendi non debeant. *Vid.* SIEGELII fürſichtigen Wechſel Gläubiger, edit. Dn. *Schott. p.* 51. et Erläut. Churſächſ. *Proc.* Ordn. in *Adp. p.* 195.

## §. LXV.

Licet *ruſticis*, *opificibus* et *civibus vulgaris* conditionis facultatem litteras cambiales contrahendi alicubi leges cambiales hodie denegent, eorumque juris cambialis renunciatio pro *invalida* declaretur, ſiquidem leges non modo iſtorum favorem reſpiciunt, ſed etiam ob alias rationes prohibitionem ſpeciatim complectuntur, juri autem prohibitivo inaniter renunciatur. *L.* 38. *ff. de Pact.* attamen, legibus iſtis cambiorum non obſtantibus, ſupra denominatis perſonis omnino integrum erit, *ſe ad carcerem civilem ob debita non deſtinato tempore exſoluta* obſtringere devincireque. In primis cum ſit cognitum ſit, plures exiſtere differentias inter litteras cambiales et obligationem ad carceres. *Vid.* Io. G. SIEGEL Einl. zum Wechſel-Recht *Cap.* 2. *§.* 14. *p. m.* 34. *et* EIUSD. fürſicht. Wechſ. Gläub. *S. I. c.* 2. *§.* 2. *n. not.* 1.

et

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-692248-p0063-2

*et ad §. 12. Add.* REINHARTI diſp. *de differ. inter litter. camb. et obligationem ad carcerem.*

## §. LXVI.

Pactio *de incarcerando debitore* etiam perfecta eſt, ſi debitor in caſum non praeſtitae tempore deſtinato ſolutionis *ad arreſtum perſonale* ſ. carcerem ſubeundem ſub hac formula ſe obſtringat: *Jch verſpreche hiermit, daſs wenn ich Schuldner zu der beſtimmten Zeit die ſchuldige Poſt nicht bezahlen würde, der Gläubiger befugt ſeyn ſolle, mich* arretiren *und in Gehorſam bringen zu laſſen, auch davon nicht eher zubefreyen, biſs die Zahlung erfolget.* Quum inſtrumentum hacce cautione ſtabilitum et obvallatum *pro guarentigiato* habeatur, ad quod tamen non requiritur, ut debitor in eo ſubſcribendo totum nomen *aſcititium initiationis ſacrae* et *gentilitium* adhibeat, ſed ſufficiat, *ſi gentilitium* ſubſcribatur nomen, *praenomine* unica littera indicata. Hic enim proceſſus praevia legitima citatione inchoatur, non autem ab executione reali; proinde licet aliquis debitor *falſo denominatus* citetur, error tamen commiſſus in tempore detegi et incarceratio declinari poterit. REINHARTH *diſſ. de differentia et convenientia inter obligationem ad carcerem et litter. cambial. §. 15.*

## §. LXVII.

Ad inſtrumentum, cui pactio de incarcerando debitore inſerta eſt, requiritur charta ſignata in *Saxonia Electorali*, cujus quantitas in *Mandato Electorali* des *renovir*ten und anderweit verbeſſerten Ausſchreibens derer vom Papiere verwilligten Abgaben *d. an. 1710. lit. O.* et de obligationibus ita conſtituitur:

Obligationes *und Verſchreibungen, die auf ein gewiſs Geld*-quantum *gerichtet:*

| | |
|---|---|
| *von 20 bis 100* fl incl. - - - - - | 1. ggr. |
| *von 100* fl exclul. *und drüber bis 500* fl - - | 5. ggr. |
| *von 500* fl excl. *und darüber bis 1000* fl - - | 10. ggr. |
| *und alſo ferner von 500* fl *bis 500* fl *jedesmal* | 5. ggr. |

Et

Et in provinciis Electoratus Brunſvico-Luneburgici exigitur:

| | |
|---|---|
| *von 10 Rthl. bis 200.* - - - | 3 gr. |
| *über 200 Rthl. bis 500.* - - | 6 gr. |
| *über 500 Rthl. bis 1000.* - - | 12 gr. |
| *über 1000 Rthl. bis 1500.* - - | 18 gr. |
| *über 1500 Rthl. bis 2000.* - - | 24 gr. |
| *über 2000 Rthl.* - - - - - | 1 Rthl. |

## §. LXVIII.

Ut carceri publico ſit locus exigitur: 1) ut debitum ſit verum et liquidum Carpz. *P. 2. Conſt. El. 22. d. 2. n. 13.* Rudinger *Obſ. ſingul. voc. von Geſängniß Cent. II. Obſ. 58. p. m. 627.* 2) ut incarceratio expediatur a judice competente, nempe ſub quo debitor domicilium habet, vel in fuga deprehenditur. *Ord. Proc. Sax. tit. 52. So ordn. wir. Carpz. l. c. d. 3.* 3) Licet alioquin capturam praecedat excuſſio bonorum Carpz. l. c. def. 4. tam debitoris quam fidejuſſoris. Möller. *ad P. 2. C. El. Sax. 22. n. 6.* Wernher. *Vol. V. P. VIII. O. 480. p. 798.* ſi vero conventio debitoris ad carcerem intervenerit captura praecedit ceſſionem bonorum. *Conf. §. 57. 58.* 4) Vt conſtet debitorem *ſua culpa ad anguſtias* paupertatis fuiſſe redactum, quod a debitore quoque probandum eſt obaerato, minime a creditoribus. *Vid.* Churſächſ. *Banquer. Mandat. d. an. 1724. et d. a. 1766. §. 13.* Si ſola *infortunii* injuria aut culpa, non propria oeconomia bonis lapſus et non ſolvendo factus fuerit, carceri mancipandus non eſt. Carpz. *Conſt. cit. def. 5. et 6.*

## §. LXIX.

Neque pactione creditori facultas debitorem ſuum *privata* auctoritate realiter citandi atque *in privatum* carcerem conjiciendi, in eoque detinendi conceditur, quia hoc foret in praejudicium *ICtionis loci*, ubi debitor habitat, niſi hic fugitivus ſit, vel judex injuſte deneget capturam. *Conſt. Sax. Elect. 21. P. II. Adp. ad Rec. Ord. Proc. Sax.*

*Elect.* §. 12. BERLICH. *P. II. Concl.* 27. *n.* 2. *ſq. p.* 178. FRIDEM. POSNERI *Deciſ. de Citat. reali. Dec.* 44. *p.* 123. *ſq.*

## §. LXX.

Quando debitor in eventum non factae ſolutionis ad carcerem ſe obſtrinxit ac moram commiſit, non ſtatim carceri eſt mancipandus, ſed demum praevia *citatione ſcripta* vel *verbali* atque in termino inſtrumenti obligatorii *recognitione* legitime ſubſecuta, ad carceris vel cuſtodiae executionem eſt procedendum. *Conf.* Io. GOTTL. SIEGEL *diſp. de fundamento judicialis pecuniae depoſitionis in proceſſu cambiali Iure Sax. Elect. admittendae* §. 2 3. 4. *et* 5. Neque ſufficit, ut debitor ante de ſolutione faciendae *extrajudicialiter* interpelletur, et deinde judex adeatur, qui *actutum* debitorem in carcerem detrudi jubeat, ſed ſecundum praeſcriptionem *ordinationis proceſſus* agi debet, prout etiam *Senatus Appellationum* Dresdenſis an. 1720. judicavit. SIEGEL *l. c.* §. 5. Licet MATTH. COLERUS de Proc. Execut. P. I. c. 6. n. 45. p. m. 153. arbitretur: *quod videlicet pactum contentum in Inſtrumento, ut in caſum* non factae ſolutionis *ad terminum, liceat reum capere et incarcerare, ejus ſit effectus, ut poſt moram ad creditoris inſtantiam* debitor ſine omni alio proceſſu vel ordine judiciali *per familiam judicis capi et tamdiu in carcere publico retineri valeat, donec ſatisfaciat.* Hoc tamen aſſertum ex legibus Saxonicis Electoralibus defendi nequit. Nam incarceratio eſt actus juridictionis. Quamvis enim debitor in eventum *non praeſtitae ſolutionis* ad carcerem ſe obligaverit, non tamen ſtatim carceri includendus eſt, ſed demum praevia *citatione* judiciali vel *ſcripta* vel *verbali* atque documenti obligatorii *recognitione* aut ejusdem *jurata diffeſſione* ſubſecuta. Nam vi *legis C. de Iurisd.* debitoris judex ordinarius eſt adeundus, citatio legitima, quae principium proceſſus conſtituit, *Ord. Proc. El. Sax. Tit.* 4. *pr.* debitori facienda, niſi creditor *cambialis* vel diſpoſitione §. 12. *Adp. recogn. Ord. Proc. Sax.* uti, vel Reſcriptum incarcerationis impetrare malit. Et quia inſtrumenta ante recognitionem non

pro-

probant *O. Proc. Sax. El.* 25. ejusd. *Declaratio Tit. eod. §. 3.* Ergo in termino *in originali* ad recognoſcendum omnino ſunt producenda. *Ord. Pr. Sax. El. Tit.* 24 *§. 2. et 3.* Neque *Conſtit. Elect. Sax. XXI. P. II.* per verba: *ſondern daſs die Gläubiger vermittelſt* des Richters *oder* der Obrigkeit Hülffe *durch die* vorhergehende Vereinigung *die* Execution *ſuchen ſolle*, aliud ſancire voluit, quam *judicem* tali caſu pro impetranda ejus familia *adeundem eſſe*, ut miniſterio ejus *debitor et capiatur et includatur.* Verba enim iſta conſtitutionis convenienter interpretanda ſunt, ita, ut praeviam *citationem* et *recognitionem* inſtrumenti obligatorii vel ejus *juratam deffeſſionem* non excludant, ſed potius praerequirant. Ergo merito juri *communi* inſiſtendum, cum *jure Saxonico* per allegatam conſtitutionem nihil aliud ſancitum fuerit. In univerſum poena *conventionalis*, quam quis ſtipulatus eſt, ante cognitionem cauſae exigi nequit. Nam multa intervenire poſſunt, quae faciunt, ut poena conventionalis vel nunquam *commiſſa*, vel ut etiam, ſi maxime commiſſa ſit, *remittenda* videatur, vel ſaltem ex aequitate. FABER *in Cod. L. 7. tit. 23. def. 2.* CARPZ. *P. 4. C. 47. def. 7.*

## §. LXXI.

In *Conſiliis Iuriſconſ. Halenſium Vol. I. Conſ. 12. n. 9. p. 39.* haec adjicitur conſecutio: *Da nun die Rechte einem* Creditori *vergönnen L. 10. §. 16. ff. quae in fraud. credit. Den flüchtigen Schuldner zuverfolgen und ihn ohne richterliche Hülffe eigenmachtig anzugreiffen und feſte zu machen.* CARPZ. *P. 4. Conſt. 1. def. 17. So iſt auch dahero nicht verbothen, die jenigen Mittel zuergreiffen, wie man mit Liſt ſeiner Perſon habhaft werden könne; dahero auch einige* Doctores concediren, quodſi aliter a debitore ſuum conſequi non poſſit creditor, furto tantum ipſi ſubtrahere poſſit, STRUV. *de Vind. privata cap. 6. aph. 9. n. 7.* per dolum enim bonum permiſſum eſt fallentem fallere.

## §. LXXII.

Si debitor tempore obligationi inſerto non ſolvit, creditori in hac cauſa *jure Saxonico Elect.* peculiari actione non opus eſt, *Ord. Proc. Sax. Tit. 52. §. 1.* ſed a judice petit citationem aut *ſcriptura* aut *ore* expediendam. *Illo caſu* citationi ſtatim clauſula: bey Vermeidung anderer Anordnung zu erſcheinen, inſeritur, cujus comminationis effectus eſt, ut, *ſi non comparuerit* in termino praefixo debitor in perſona, citatio *realis* ſtatim decernatur; *hoc* autem *caſu*, ſi debitor ſe non ſiſtat, *altera* citatio etiam cum comminatione: *Bey Vermeidung anderer Anordnung* fieri ſolet, debitore *iterum emanente*, ejus adprehenſio ſuſcipitur et detruditur in carcerem.

## §. LXXIII.

Si debitor ad recognitionem vel diffeſſionem documenti legitime citatus recognitionem recuſat, etiam ſi ſub praejudicio recogniti citatus, *ſententia judicis* antequam ad incarcerationem progreſſus fit, *exigitur*, qua documentum pro recognito declaratur; et debitor ad carcerem, ſi in termino ſolutioni debiti praeſtituto non ſolvat, condemnatur.

## §. LXXIV.

In hoc proceſſu, qui *ex pacto de incarcerando* inchoatur ſecundum praeſcriptum *Emend. Ord. Proc. Sax. Elect. Tit. XIII. §. unic.* ante omnia *cautio pro expenſis* eſt conſtituenda, nam a generalitate dictae Ordinationis recedendi, hic modus procedendi *exceptione* gaudet *nulla.*

## §. LXXV.

Si debitor vigore obligationis ad carceres devinctus *fugam capeſſat*, tunc litterae *arreſtatoriae* ſunt emittendae, talis debitor fugitivus etiam in Electoratu *Saxonico* contra *Mandatum de Bancoruptoribus §. 6.* aperte delinquit; ergo et poenae in iſtius transgreſſores ſancitae ſubjicien-

ciendus eſt. *Conf. Mand. Sax. Elect. cit. in Adp. ad Proc. Sax. El. emend. p. 170. Codex Fridericianus Marchicus P. III. tit. 42. §. 29. p. 275.* de debitore fugitivo quoque ita ſancit: *Wann ein Schuldner ſich auf flüchtigen Fuß geſetzet, oder zuſetzen im Begriff iſt, iſt dem Glaubiger erlaubt denſelben* ſelbſt anzugreiffen, und in Verhaft zunehmen, *wann er* zur Zeit die Richterliche Hülffe nicht *haben kan*, *ſeine Forderung aber klar und gewiß iſt. Jedoch muß er an den* Arreſtanten *keinen Muthwillen, noch Frevel üben, auch in* continenti *ſolches denen Gerichten anzeigen und die Flucht oder gründlichen Verdacht zugleich beſcheinigen.*

## §. LXXVI.

Imperator ad preces creditorum contra *vagabundos*, fraudulentos et *latitantes debitores* diplomata ſive *litteras patentes* decernere ſolet, eum in finem, ut ubique locorum in toto Imperio prehendi et juri ſiſti poſſint. Nam qui *vagabundus* eſt, *nusquam habitat*, ideoque *ubicunque locorum* in Imperio forum ſortitur et conveniri poteſt. Andr. Gaill. *Lib. II. Pract. Obſervat. obſ. 44. n. 13. ſq.*

## §. LXXVII.

Quodſi in contractu mutui, emtionis - venditionis &c. quo ad carcerem ſe obſtrinxit debitor, et ſe *ad diffeſſionem* crediti offerat, judex prius interloquitur ac deinde termino praefixo *diffeſſio* fieri ſolet.

## §. LXXVIII.

Debitor in hoc *mutui* vel *emtionis - venditionis &c. Contractu*, quantumvis pactio *arreſtatoria* adjecta fuerit, per *Mandatarium* quoque ad recognoſcendum *legitimatum* in iudicio agere poterit, ſed in termino ſolutionis *non praeſtitiae* ipſe comparere tenetur, alioquin per miniſtrum publicum adducitur, ut, ſententia audita, *in carcerem ſe conferat*, quia fidem non ſervans per arreſtum *perſonale* ad ſolven-

 dum

dum debitum compellitur, ergo admitti non poteſt *procurator*. BARTH. *Hodeg. For. p. m.* 727.

## §. LXXIX.

Creditori *jure Saxon. Elect.* non incumbit probatio, debitorem incarcerandum bonorum ſuorum diſſipationem ac luxum perpetraſſe, ſed debitor potius demonſtrare tenetur, ſe non ſua culpa, ſed caſibus *infortunii* ad inopiam et paupertatem redactum fuiſſe. *Mandatum* wider die *Banqueroutirer Elect. Sax. §. 13.* ſic conſtituit: *Vielweniger* (*wollen wir*) *daß demſelben* (creditori) *einiger Beweiß wegen des Schuldners übeler Haushaltung zugemuthet werden - - ſondern der Schuldner ſelbſt, daß er nicht durch eigene Schuld, ſondern* durch Unglücksfälle *in den Zuſtand gerathen beyzubringen. Vid.* Anh. der Churſächſ. *Proc.* Ordn. *p. 176.* Debitorem cauſſas, quae ipſum a carcere liberent, in continenti docere jubet etiam *Ord. Proc. Sax. tit. 52.* quia factum ab allegante probandum ſit. Creditores pro ſe legem habent, quae debitores obaeratos ad carceres damnat. Ex hoc ſimpliciter agunt, nec opus eſt, ut prodigalitatem et luxum rei allegent. Reus vero, qui exceptione caſus infortunii ſe tueri vult, atque adeo eam probare neceſſum habet. LEYSER *Vol. II. med. 9. p. 424. Conf. ſupra §. 44.*

## §. LXXX.

Quodſi executio per arreſtum ex pacto de incarcerando decreta ſit, nullum eſt dubium, quin debitor nunc ob pactum in carcerem conjiciendus, beneficio *appellationis* frui atque judici manus ligare poſſit. BERGER diſſ. Suppl. ad E. D. F. tit. 52. obſ. 2. n. 3. p. 1768. (*). Interim tamen peracta incarceratione judex ad Superiorem relationem remittere, neceſſe habet. Si enim civis honeſtus incivilius et nimis du-

(*) Contra ſententiam, qua quis a poena carceris publici liberatur remediis illis ſuſpenſivis et devolutivis locus quoque conceditur. BERGER. *El. D. For. Suppl. II. ad Tit. 52. Obſ. 3. p. m.* 1637.

duriter teneatur, etiam *appellationi* locus eſt, aut injuriarum actioni, vel, ſi *ſqualidus* ſit carcer, et metus, ne captivus in iſto aegrotare incipiat, pro mitigando carcere et concedendis commiſſariis pro eo inſpiciendo ſupplicatur. WEHNER *Pr. Obſ.* voc. Gefängniſs p. m. 206.

## §. LXXXI.

Multo magis debitor ex pacto inito incarceratus, *ſi aegrotare ſic incipiat*, ut ei mortis periculum imminere videatur, ex carcere dimitti poterit, quo curam animae ſuae domi quietius agere queat; judex tamen nihilominus provide procedet, ſi aegroto *cuſtodes* adhibeat, ne reconvaleſcens vel morbum ſimulans evadendi et ſui ſubtrahendi arripiat anſam. BERLICH *P. II. Concl. 27. n. 23. et 24. b.* KAESTNERI *diſp. cit. §. 20.*

## §. LXXXII.

Hodie in Saxonia Electorali atque etiam alibi debitores plerumque vice carceris in publico judicii vel curiae ad cuſtodiam *zum Gehorſam* deſtinato, *aperto*, *libero* et ad uſum hominum *comparato* loco detinentur, ita tamen, ut ex eo egredi non poſſint ac debeant, qui locus vulgo *Bürgerlicher Gehorſam* appellari ſolet. CARPZ. *P. II. Conſt. Sax. Elect. 22. def. 6. n. 6.* WEHNER. *Obſ. Pract.* voc. Gefängniſs *p. 157.*

## §. LXXXIII.

Creditor itaque debitori ad carcerem obligato non tenetur *cautionem praeſtare* de refundendo, ſi vel adverſa valetudine comprimatur vel alioquin detrimenti aliquid capiat. CARPZ. *P. II. c. 21. def. 5.* BERLICH. *P. II. Concl. 27. n. 18. p. 170.* KAESTNERI *diſp. cit. §. 21.* Idem obtinet in terris *Rudolſtadienſibus. Vid.* MUELDNERI *Tr.* von Bürgerlichen Gehorſam *§. 7.*

§. LXXXIV.

## §. LXXXIV.

Creditor pro debitore incarcerato tenetur exſolvere pecuniam, quae carceri praefecto in ſingulos dies debetur. RIVIN. *ad O. P. S. El. tit.* 52. *En.* 15.

## §. LXXXV.

Commentarienſis debitorem arreſtatum *pro expenſis vel alimentis* retinere poteſt, quia ex his nutritus et alitus eſt, et forte domi ſuae tantum vel amplius expendiſſet. *Vid.* SANDE *Deciſ. Lib. I. Tit.* 17. *deſ.* 2. *p.* 44. ſi ipſe incarceratus ſemet ipſum alere tenetur.

## §. LXXXVI.

Quum obligatio ad carceres ipſum debitoris corpus ac perſonam afficiat et dumtaxat adſtringat perſonam *principalem*, eam *ad heredes defuncti* debitoris non tranſire patet, id quod etiam *de jure Saxonico Elect.* certum eſt. BERLICH *P. II. Concl.* 27. *n.* 15. *p.* 180. ſecus autem ſentiunt, ſi *heredum nominatim* in inſtrumento obligationis facta fuerit mentio. HARTM. *Piſtor. Obſ.* 50. *n.* 1. BERLICH. *l. c. n.* 15. Verum enim vero ego hoc non aliter procedere et ſtatui poſſe arbitror, quam ſi *heredes majorennes ſemet ipſos* ad carceres *expreſſe* adſtrinxerint, neque ſufficere, ſi eorum *nominatim a parente* ſaltem injecta ſit mentio. Parenti enim apud Germanos jus non competit, auctoritate ſua filios aut heredes ad illud maxime odioſum devincire, licet ad debita paterna *ex hereditate patris* exſolvenda obſtricti vivant. Num in illis locis, ubi ex litteris *collybiſticis* adverſus *heredes cambialiter* agere conceditur, ibidem etiam adverſus *debitoris ad carcerem obligati* relictos *heredes* ſic procedi poſſit, dubito, nam eſt jus *ſingulare* hujus vel illius juris *cambialis*, *vid. Ord. Camb. Magdeburg. art.* 4. *Reg. Boruſſiae* FRIDERICI II. *Ord. Camb. d. an.* 1751. *art.* 17. *Ord. Camb. Brunſvic. Art.* 4.) quod *heredes* debitoris *cambialis* etiam arreſto *perſonali* afficere imperat ac concedit.

§. LXXXVII.

## §. LXXXVII.

Etſi heredes debitoris, *qui ſe ad carcerem devinxerint*, carceri includi nequeunt, contra eos tamen *executive* agere licet, ita tamen, ut executio in rem *hereditariam paternam* ſolummodo, non vero in perſonam heredis, ſuſcipi ac peragi poſſit.

## §. LXXXVIII.

Pluribus pactum de aliqua praeſtatione v. c. pecuniae ineuntibus, ſi quis ex iis *in ſolidum* conveniatur, is *exceptione diviſionis* gaudet, jure noviſſimo civili. *Nov. 99. c. I.* Ergo etiam, qui intuitu *certae* ſummae ſolvendae *ad carceres* in eventum ejus non praeſtitae ſolutionis *in ſolidum* ſe obligarunt, beneficio *diviſionis* fruuntur; ceſſat autem haec exceptio 1) quoties reliqui debitores *abſunt*, vel 2) *non ſolvendo* ſunt. *Nov. 99. c. 1. L. 1. ff. de Except. j. pr. I. de Replic.* vel 3) huic beneficio renunciatum eſt. *L. 29. C. d. Pact.* vel 4) Socii *mercatores* intuitu *ſocietatis* mutuam ſumſerunt pecuniam, ac in caſum morae commiſſae ad carceres ſe obſtrinxerunt; quae ultima vero exceptio non tam *in jure communi*, quo enim *ſocii* contrahentes *pro rata tantum* tenentur. *a. L. 4. ff. d. Exerc. action. L.* 11. *§. 2. ff. d. duob. reis*, quam potius in *obſervantia*, de qua Lüder. Menckenius *in Theor. et Prax. ff. Lib. XVII. Tit. II. §. 9. et lib. LXV. Tit. II. §. 9.* teſtatur, fundata eſt.

## §. LXXXIX.

Quodſi *fidejuſſor* contractui, in quo emtor in caſum non factae ſolutionis ad carceres ſe obſtrinxit, formulam adjecerit: *obige Poſt zahle, wenn der Schuldner* manquir*et*, tunc fidejuſſor *non parili modo*, ut debitor *principalis* in cercerem conjici poteſt. Nam *fidejuſſor* ſe etiam *lenius* obligare poteſt. *§. 3. I. de fidej. L. 8. §. 7. et 9. de fidejuſſ.* atque adeo ſi non eodem modo ut debitor *principalis*, ſe devinxerit, non ut debitor principalis cuſtodiri poteſt: Si vero eadem ratio-

tione *ut debitor principalis* teneri debeat; neceſſe eſt, ut creditor curet, quo *fidejuſſor* ipſe intuitu ſui obligationem *ad carcerem* in ſubſcriptione ſimul iteret hunc in modum: *Obige Poſt verſpreche, daferne ſelbe, der* debitor *nicht bezahlen ſolte, dem Glaubiger zubezahlen, widrigen falls aber geſchehen zulaſſen, daß ich* arretiret, *und wie der Schuldner in Gehorſam gebracht werde.* Etſi *fidejuſſor* obligationi ad carceres ſeſe ſubjecit; id tamen prius in effectum deduci nequit, quam debitor principalis *plene excuſſus ſit.* Talis enim fidejuſſor beneficio *excuſſionis* ſ. *ordinis* fruitur. *Nov. 4. c. 1.* niſi iſti ſpeciatim *renunciaverit. L. 29. C. d. Pact.* vel *doloſe* inficias iverit fidejuſſionem. *arg. L. 10. §. 1. ff. de fidejuſſ.* vel debitoris excuſſio valde *oneroſa* et *difficilis* futura. *Nov. 4. c. 1.* v. gr. cum principalis *abſens*, et a fidejuſſore non praeſens ſiſtitur. *Nov. 4. c. 1.* vel tanquam *fugitivus* latitat, aut bona *extra territorium* judicii *in locis admodum remotis* poſſidet. Menck *in Theor. et Prax. ff. Lib. XLVI. tit. I. §. 14. p. m. 1387.* Denique exceptio *excuſſionis* multis in locis ob utilitatem commerciorum non admittitur, cum *mercator* apud *mercatorem* pro alio fidejuſſit, licet principalis debitor mercator non ſit. *Vid.* Menck. *l. c.* Fidejuſſor etiam *ſe ad carcerem obligare* poteſt, licet principalis debitor ad talem non fuerit adſtrictus. Mod. Pistor. *P. 4. qu. 138.* Fridem. Posneri *Decíſ. 58. n. 10. p. 254.* Lauterb. diſp. *de Poena conventionali Cap. 5. §. 15. Add.* Carpz. *P. II. Conſt. 22. def. 20.* et Berger. *El. D. For. Tit. 52. Obſ. 2. not. 1. p. 1768.* Praeterea in *Codice Fridericiano Marchico P. III. Tit. XLII. §. 10.* etiam haec proviſio fidejuſſori ſuppeditatur: *Desgleichen mag auch ein Bürger, der von einem* Creditore *in Anſpruch genommen wird, wieder den jenigen, vor welchen er* caviret, *wie auch wider ſeinen Mitbürger, ſeiner Sicherheit halber arreſt* ſuchen, *ohngeachtet er zur Zahlung noch nicht* condemniret *worden. Vid. Codic. cit. p. 273.*

## §. XC.

Debitoris *principalis captura* fidejuſſorem non liberat, et ubi fidejuſſor ſit *prius captus*, nihil obſtat, quo minus debitor capi poſſit, mo-

modo fidejuſſor ſe quoque ad carcerem obſtrinxerit. COLER. *P. I. c. 8. n. 40. et 43.* Et quamvis creditor miſſus ſit in poſſeſſionem bonorum debitoris; fidejuſſor tamen aeque ac prius obligatus manet, *L. 21. §. 3. de fidejuſſ.* COLER. *cit. loc.* Imo conveniri poteſt, non attento, quod debitoris creditor bona jam teneat, ex iisque fructus percipiat. MEV. *Deciſ. P. 4. dec. 261. n. 1. 2. 3. ſqq.*

## §. XCI.

Singulariter etiam intuitu *fidejuſſoris* obſervandum, tempus *prorogatum* non dici idem tempus, quando de praejudicio *tertii* agitur: unde ſi creditor *debitori* ſuo tempus ſolutionis prorogavit, fidejuſſor finito *primo* tempore liberatur, niſi intervenerit novus conſenſus fidejuſſoris. ANDR. GAILL. *Lib. I. Obſ. Pract. XCI. n. 22. p. m. 160.*

## §. XCII.

Ex obligatione ad carceres debitor tales *nummos*, quos accepit, reſtituere tenetur *L. 3. ff. de reb. cred.* vel ſi de iis minus conſtet, ſolutionem etiam per aliam monetam probam, etiam minutiorem peragere poteſt. *Uſurae quincunces*, licet *majores* promiſſae fuerint, ex hac obligatione tantum poſtulari poſſunt· Huc etiam ſpectat *Mandatum Elect. Saxonicum d. a. 1604. in allen übrigen Handlungen und* Contract*en aber es ſchlechterdings bey fünfen von 100. verbleiben ſoll. Cod. Auguſt. Tom. II. p. 2075.* Qua propter ſi creditor hoc caſu uſuras *ſemiſſales* acceperit, *ſextus* thalerus vi *Mandati adverſus doloſos decoctores §. 2.* ſorti imputatur, inſuper creditor tot thaleros, quod ultra uſuras *quincunces* exegit, poenae nomine ſolvere debet.

## §. XCIII.

Iura et actiones non aliter, quam ut penes cedentem extiterunt, cedi poſſunt. LENTZ *de Nomin. ceſſione c. 32. n. 9. ſqq.* Ergo et *Exceptiones*, quae obſunt cedenti, obſtant quoque *ceſſionario*, atque adeo



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-692248-p0075-9

exceptionibus, quae debitori contra inſtrumentum, cui *pactum de incarcerando* inſertum competunt, locus datur, licet illud in alterum, interventu ceſſionis, translatum ſit, quae ceſſio ſollemnis eſſe debet, ita, ut *cauſa* et *quantitas debiti*, ut et *ſumma*, quae ſoluta, experimenda ſit. *Deciſ. El. Saxon. 28.* CARPZ. *P. III, Deciſ. 255. Conf.* HEILS *Conſult. p. 200.*

## §. CXIV.

Quamvis jure *communi* debitor incarceratus ſumtibus ac expenſis creditoris ali debeat. *L. 34. ff. de Re judic.* nec ab eo recedatur in *provinciis* Regis Boruſſiae, nam in *Codice* FRIDERICIANO *III. 41. Sect. 6. §. 62.* ſancitum eſt: *So der Schuldner nichts übriges, oder gar nichts hätte, davon der obſiegende Theil ſich erhohlen möchte; da mag der Schuldner, wenn er nicht* bonis cediret, *noch das* beneficium competentiae *zugenieſſen hat, auf ſeines Gegentheils Begehren, am Leibe und alſo* perſönlich angegriffen, in ein Gefängniſs *gebracht, darinne auf des* Begehrenden Unkoſten (*der doch ihm* täglich *über* 4. Groſchen, *und, wenn es geringe Leute ſind, über* 2. gr. *nach Richterlicher Erkäntniß, zuerlegen nicht verpflichtet ſeyn ſoll.*) *ſo lange gehalten werden, bis er die obſiegende Parthey zufrieden ſtellet, oder ſonſt ſich mit ihm verträgt und abſindet.* Iure DANTISCO quoque creditoris expenſis etiam debitor incarceratus alendus, huicque ad alimenta porrigitur Wöchentlich eine Mark. Iure *Hamburgico* debitori *auf dem Winſerbaum* a creditore quotidie ad alimentationem ein Schilling Lübiſch ſolvitur.

## §. XCV.

Quodſi ob diverſam debitorum conditionem et ſtatum leges provinciarum vel ſtatuta civitatum ratione *alimentorum* quantitatem non determinarint, id prudentis judicis arbitrio relinquitur. RICHTER. *Vol. 2. Conſ. 355. n. 13.* Si creditores *alimentationem* debitori incarcerato *promiſerint*, promiſſis etiam ſtandum eſt; praecipue vero, cum *judicia-*

*dicialiter* facta ſit promiſſio: *L. 1. ff. d. Pact. c. quod ſemel, d. R. I. in 6to; L. 6. C. d. Oblig. ei act.*

## §. XCVI.

Iure autem *Saxonico Electorali* debitor carceri mancipatus de alimentis ſibi ipſi proſpicere tenetur, et creditor, ad cujus inſtantiam incluſus eſt, ad ea ſuppeditanda regulariter haud compellitur. *Ord. Sax. Elect. Proc. Tit. 52. §. 6.* de alimentis ejusmodi incarcerati ita ſpeciatim ſanxit: *So viel aber die* Alimenta *und Unterhalt des Schuldners anlanget, weil vorgedachte* Conſtitution (*P. II. Conſt. XXII.*) *hierinnen klare maſſe giebt, daſs ſich der Schuldner, wenn er in Thurm gebracht,* ſelbſt unterhalten ſolle; *ſo laſſen wir es bey demſelben bewenden, wollen allein, wenn der Schuldner* ſo arm, *daſs er ſich ſelbſt zu unterhalten nicht vermöchte, daſs alsdann ſonderliche Perſonen verordnet werden ſollen, welche das Allmoſen ſammlen, und denen Gefangenen im Thurm austheilen, damit Inhalts der* Conſtitution *ſie an ihren Leibe nicht Noth leiden dürffen.* Nec creditor debitorem alere debet, quoties in excutione aut excuſſione bonorum de alimentis ipſi proviſum eſt. *P. II. Conſt. Sax. Elect. 22. §. Es ſoll aber &c.* FINCKELTHAUS. *Obſ. 113. n. 23. et 24. p. 871.* Sed potius ad operas faciendas laboresque ſuſcipiendos adigitur. RIVINI *Enunc. Iur. ad Tit. 52. En. 14. p. 1684.* Ex adductis verbis *Ord. Proc. Sax.* etiam intelligimus, ſi neque ex ſuperſtite patrimonio debitoris, neque ex laboribus, neceſſaria ſibi acquirere queat alimenta, eleemoſynas eſſe colligendas et inter ipſum aliosque incarceratos, ne vitae periculo exponantur, diſpertiendos. MARTIN. *ad Proc. Sax. Elect. Tit. 52. §. 6. n. 7. ſq.* Quibus autem non ſufficientibus, et cum a *propinquis, uxore, cognatis* aut aliunde prorſus alimenta nanciſci haud poſſunt, in ſubſidium demum, ne debitor ob defectum victus pereat, onus alendi incumbit creditoribus. CARPZ. *T. II. Conſt. 22. def. 22.* RIVINI *Enunc. Iur. l. c.* In *Mandato Sax. El. contra Bancaeruptores d. 7. Ian. 1724. §. 13.* etiam haec Sanctio iterata legitur: *Immaſſen auch denen Gläubigern,*

*die* Alimentation *des* Debitoris *im Schuld-Thurm keines weges anzuſinnen, noch dieſelben auf einige Art und Weiſe damit zu beſchweren, ſondern der* Decoctor *ſich ſelbſt darinnen zu* alimentir*en angehalten, daferne er aber gar nichts in Vermögen hätte, auch nicht im Stande wäre*, daſs er arbeiten könnte, *noch auch die Seinigen ihm ſolches freywillig darreicheten, bleibet es bey dem, was in Unſer* Proceſs-*Ordnung Tit. 52. verordnet. Add.* RUDINGERI *Obſ. Sel. Iur. Camer. Cent. 11. Obſ. 58. n. 13. p. m. 627.* Alimentatione in ſubſidium creditoribus injuncta ſi hoc non faciant, debitor arreſtatus a judice dimittendus eſt. PHILIPP. *ad Ord. Proc. Sax. tit.* 52. *Conſ. 6* WERNHER. *Obſ. For. P. 4. Obſ. 129.* Verum enim vero vi *Emendatae Ordin. Proc. Elect. Saxonicae ad Tit. 52. §. 12. p. m. 308.* quae ſanctio a tempore Michaelis 1724. in valorem tranſiit, haec proviſio nunc in cauſa cambiali obtinet: *Und ſoll im übrigen der Kläger die zu des Schuldners Arretirung und Unterhalt nöthige Koſten, nebſt den Sitz-Gebühren, von Zeit zu Zeit vorſchieſſen, auch deswegen gleich Anfangs* Caution *beſtellen, und ſich deswegen nachgehends hinwieder an den Beklagten nach Wechſel-Recht halten.* In Saxonia Electorali *nobilis* debitor cuſtodia munitus ſingulis hebdomadibus pro alimentis accipit 16. ggr. Debitor *civilis* conditionis quotidie 15. nummos ſeu ₰ RIVINI *Enunc. Iuris ad Tit. 52. §. 3. et 4. p. 1676.* Sed hodie *Iure Sax. Electorali* creditores nullo modo gravandi ſunt onere alimentationis vi *Mandati de Bancaeruptoribus Noviſſ. d. an. 1766. §. 13.* ſed ſi alia deficiant media, *ex aerario pauperum* groſſo *diurno* alendi incarcerati, nec ſtipem pro iis colligere ulterius permiſſum. *vid. Cont. I. Codic. Auguſtei p. 931.* ubi poſt verba: freywillig darreicheten, *Mandati de Bancaerupt. d. an.* 1724. In Noviſſimo Mandato *d. an. 1766. §. 13.* additur: *iſt ihm aus dem ordentlichen Almoſen täglich ein Groſchen zu geben, immaſſen wir dasjenige, was in der Proceß*-Ordnung *Tit. LII. §. 6. wegen des Almoſen-Sammlens, nicht minder, zu mehren Aufrechthaltung des* Credits *das, ſo §. 7. dict. Tit. wegen der Ausländiſchen* Creditorum *vorgeſchrieben, hierdurch gäntzlich aufheben, und in lezten Fall, jedermann gleich durchgehende Juſtitz* adminiſtrir*en laſſen wollen.* In Marchia

chia *Brandenb. vi Ord. Camb. d. an. 1724. art. 19.* pro ratione occaſionis et conditionis perſonae quavis hebdomade 7. ggr. usque ad thalerum, et ſemper pro IV. hebdomatibus praenumeranda eſt pecunia alimentationis, quo intermiſſo, debitor arreſtatus dimittitur.

## §. XCVII.

Licet in foris, quae jure *communi* hac in re reguntur, *ceſſio bonorum* efficiat, ut debitor, qui creditori ſuo ad carcerem ſe obſtrinxit, a carcere liberetur; *Iure* tamen *Saxonico* Elect. (*vid. P II. Conſt. El. 22. in fine Reſol. gravam. d. an. 50. et 51. Tit.* von *Juſtitz*-Sachen *§. 7. et 78.*) debitor ex pactione ad carcerem devinctus, *cedendo bonis* carcerem effugere nequit, vid. Io. Ge. Zeitleri diſp. *de Carcere debitorum vulgo* Schuld-Thurm, *hab. Altorf. 1679. §. 36. p. 23. ſq.* niſi creditores in bonorum ceſſionem conſenſerint ac eandem adprobaverint, ob verba *alleg. Conſt.* ohne Verwilligung ſeiner Gläubiger; et *Reſol. grav.* verba: wieder derer Willen (*). Quo autem facto, creditoribus ulterius poenitere et debitores ad carceres rapere non licet. *Vid.* Kaestneri *diſ. cit. §. 17. p. 28. ſq.*

## §. XCVIII.

Quodſi debitor, qui pactione ſe ad carcerem devinxit, carceri mancipatus, *cautionem ſufficientem* aut *juratoriam non modo de judicio ſiſtendo, ſed etiam de judicato ſolvendo* praeſtare velit; invito tamen creditore, non dimitti poteſt, ſed *realis ſolutio* ad hoc, quo carcera-

(*) Univerſitas et civitas obaerata ad ceſſionem bonorum recte provocat, qua facta, membra ejusdem, etſi ditiſſima, conveniri amplius non posſunt. Leyser *Spec.* 131. *de debitis civitatum et collegiorum. Med.* 4. *et* 5. ſed potius illos, qui reditus iſtius ac aerarium publicum adminiſtrarunt, prius excuti oportet. Berg. *Oec. Iur. Lib.* 3. *tit.* 3. *th.* 4. *n.* 7. *p. m.* 608. creditum quoque univerſitas non debetur ſingulis ex univerſitate. *C. cum clerici.* 19. de V. S.

ceratus relaxetur, requiritur. Berlich. *P. II. Concl.* 27. *n.* 29. *et* 20. *p.* 181. Rivini *Enunc. Iur. ad P. Sax. El. Tit.* 52. *En.* 6. *p.* 1678. Kaestner. *diſp. de obligat. debit. ad carcerem.* §. 18. *p.* 30.

## §. XCIX.

Si debitor ad carcerem obligatus circa ſolutionem ejus, quod debetur, *moroſus* exiſtat, offerat autem *in ſolutum* praedium aliquod *immobile*, ex bonis ſuis *melioribus*, puta, quod facile emtorem inveniat, eo ipſo evitabit carcerem, vel ſe ab illo liberabit, ad quem ſive per pactum ſive per ſtatutum loci obſtrictus erat, ſiquidem in hoc creditoribus nihil decedit. *Nov.* 4. *C.* 3. *de fidejuſſ.* Berlich. *P. II. Concl.* 27. *n.* 21. *p.* 181. Carpz. *P. II. Conſt. El. Sax.* 21. *n.* 3. Quodſi autem debitor *in pecunia* ſolvere *juraverit*, tunc praeciſe eſt incarcerandus, nec offerendo praedium *immobile* creditori, a carcere liberabitur. Berlich. *l. c. n.* 23. *p.* 181. Etſi hoc poſſideat et ſolvendo ſit. Carpzov. *P. II. Conſt.* 21. *def.* 2.

## §. C.

Nomina debitorum, de quibus *annuatim* aliquid exſolvitur et tempus tranſit, antequam creditori integre ſatisfiat, (vulgo *die Tage- oder Erbe-Gelder*, *Erbzinſen*) a debitoribus oblata ſuis creditoribus, hi ea inviti acceptare ac debitorem alias ſolvendo non exiſtentem ex carcere dimittere non coguntur. Carpz. *P. II. Conſt.* 22. *def.* 16. Kaestner. *d. c.* §. 19.

## §. CI.

Creditor, qui petit *executionem in bona debitoris*, non recedit a pacto *de eo incarcerando*, ſed eumdem etiam nunc incarcerari facere poteſt. Coler. *de Proc. Exec. P. I. c.* 8. *n.* 69. Carpz. *P. II. Conſt.* 21. *def.* 4. Proinde, qui vigore pactionis initae debitorem propter non factam ſolutionem in carcere aſſervari jubere poteſt, eidem quoque petere licet, *immiſſionem in bona debitoris* et eorum venditionem, ut inde

de ſibi ſatisfiat. MOLLER. *L. 3, Semeſtr. c. 36. n. 2.* ZANGER. *de Except. P. 2. c. 13. n. ult.* Quin imo hoc caſu creditori *electio relinquitur*, num velit debitorem vigore pactionis carceri mancipare, an vero immiſſionem in bona ejus exigere; interim tamen, *immiſſione in bona* ejusdem petita ac impetrata, per hanc ab illa pactione, qua debitor *in eventum non praeſtitae ſolutionis* ad carcerem ſe obſtrinxit, *non videtur receſſiſſe*, ſed debitorem nihilominus carceri includi jubere poteſt. *L. 1. §. 3. ff. de ventr. inſpic. L. 4. §. 1. ff. de Re jud. C. 5. §. ult. ut lite conteſt.* CARPZ. *P. II. Conſt. El. Sax. 21. def. 4.* BERLICH. *P. II. Concl. 27. n. 16. et 17.* ABR. KAESTNER *diſp. cit. §. 5.* ubi res plenius deducitur.

## §. CII.

Quum *Iure Saxonico Electorali*, quod *contra Bancaeruptores* ſ. Decoctores a. 1724. publicatum eſt, *§. 16.* pactum *remiſſorium* majoris partis creditorum cum debitore initum etiam creditores *cambiales* ſubire jubeat, inde quoque inferre tenemur, etiam creditores, qui *obligationes ad carceres* adverſus debitores poſſident, remiſſioni *plurium* creditorum in concurſu accedere obligari. *Vid.* Anhang z. Churſächſ. *Proc.* Ordn. *N. 24. p. 179.* PAUL MARPERGERS Neu eröffnetes Handels-Gerichte *art. XXV. p. 146.* Quod autem olim in *Saxonia Elect.* uſu obtinuit, refert BARTH. *Hod. For. p. m. 797.*

## §. CIII.

Quodſi conſtet, debitorem absque ſua culpa, ſolo fortunae vitio non ſolvendo factum eſſe, carceri mancipandus non eſt. CARPZOV. *P. II. c. 22. def. 5.* Qui debitores *calamitoſi* ſint habendi, et quaenam ſint ejusmodi *calamitates*, bene explicat, et notanter debitorum facta *pejora* nominatim huc refert *ICtus* MAECIANUS *in Leg. 30. pr. ff. ad Legem Falcid. et pleraque Mandata de Bancaeruptoribus* publicata penſiculatius paullulum enumerant.

## §. CIV.

*Peregrinus debitor*, qui pactionem de incarcerando cum creditore iniverit, tempore *nundinarum Lipſienſium* a Praefecto vel Senatu Lipſienſi carceri includi poteſt; ſi vero *mercator* iſtam pactionem inìverit, et iſta *mercaturam concernat*, et ab eadem dependeat, tunc coram *judicio mercatorio Lipſienſi* conveniri, et, agnitione debiti facta, carceri includi poteſt; quodſi autem pactum *obligatione ad carceres* munitum *mercaturam haud attingat*, debitor coram judicio mercatorio Kauff- uud Handels-Gerichte ut ſe ſiſtat, compelli nequit.

## §. CV.

Pecunia *debitori meo debita* a me apud debitorem *mei* debitoris arreſtari poteſt; quamvis enim debitor mei debitoris a me arreſtari nequeat, cum mihi nulla ex cauſa obligatus ſit; tamen quod *Titius* meo debitori debet *per judicem* inhibere poſſum, *ne meo debitori ſolvatur*, ſine mea et judicis voluntate. Iudex enim a me imploratur, ut *praeceptum de non-ſolvendo* decernat. De quo arreſto debitorem meum certiorem facere debeo, eique diem dicere, quo ſi compareat, nec juſtam cauſam alleget, ob quam arreſtum relaxari debeat; vel ſi non compareat, judex ex pecunia arreſtata mihi ſolvendum decernet. *Vid.* PECKIUS *de jure ſiſtendi. Cap.* 4. *n.* 1. *et* SANDE *Decif. Friſic. Lib. I. tit. XVII. def.* 1. *p.* 43. MEV. *d. Arreſt. c.* 6. *n.* 40. *p* 48. Conf. C. F. HOMMEL *Rapſodiae Supplementa Obſ.* 662. *Ordin. Appell. Super. Ducatus Lüneburgici P. II. tit.* 15. *p.* 170. expreſſe ſanxit *§.* 27: *Endlich wenn die liegende Gütter nicht zureichen, ſoll ſich der Gläubiger an des Debitoris* ausſtehende übrige Schulden zu halten, *und unter denſelben die* Eiection *zu haben befugt ſeyn.* Idem conſtituit die Calenbergiſche Ober-*Appell.* Gerichts-Ordn. *P. II. tit.* 15. *§.* 27. *p.* 162.

## §. CVI.

Diſquirere ſolent juris cultores, annon interveniente pacto debitor vel fidejuſſores ſe obſtringere poſſint, ſe ſoluturum, vel ſoluturos aut de-

deficiente ſolutione *ſe velle pro infamibus vel ſceleſtis haberi? ſo ſie zur beſtimmten Zeit nicht zahleten*, wolten *ſie vor Schelme und unredliche Leute gehalten ſeyn;* creditori licitum ſit diffamare non ſolventes? Quod, etſi multis arrideat, ob varias tamen rationes non eſt admittendum ac defendendum tale pactum. *Vid.* FRIDERIC. GERDESII *Opera omnia Tr. de Decoctoribus* §. *83. p. 338.* Licet ob hujusmodi pactum, non impletis promiſſis exiſtimatio apud honeſtos viros haud leviter gravetur et minuatur, ipſe tamen debitor vel fidejuſſor inde non fit *infamis proprie dictus*, neque quoad juris effectus pro infami habetur. IO. OTTO TABOR *ad Conſt. Holſat. de jure obſtagii. cap. 4. n. 9.* Interim tamen *jure Elect. Saxonico* decoctor doloſus eſt *infamis facti*, qui *pileo flavo* incedere jubetur *Reſol. gravam. d. a. 1661.* jung. *L. 23. ff. qui in fraud. cred.* pro quo etiam debitor fugitivus et non comparens habetur. *Mand. adverſus bonis lapſos. d. a. 1724. et 1766.* §. *10. et 12. Conf. ſupr.* §. *46.*

## §. CVII.

Debitore ex pactione pro certo debito carceri incluſo, atque hoc exſoluto, *non poteſt pro alio debito*, ad cujus ſolutionem *ſe haud quaquam ad carcerem obligavit*, in carcere manere cogi. CARPZ. *P. II. Conſt. Elect. Sax. 21. def. 7.* licet vel in eodem vel in ſeparato documento adhuc aliam ſummam praeſtare pollicitus fuerit; diſpoſitio enim §. *17. Adp. ad Ord. Proc. Sax. El. Emend.* de Cambiis ob favorem commercii ſolum loquitur, ergo *ad alias ſpecies obligandi* trahi nequit. Nam executio, tantum pro eo, intuitu cujus ad carcerem ſe obligavit, debito, in perſonam debitoris fieri poteſt. *Vid.* REINHARTH. *diſp. citand.* §. *28.* RIVINI *diſp. de clauſ. cambiali* §. *13.* Debitoris enim ex obligatione ad carceres iam incarcerati liberationem a carcere, nullus alius creditor impedire poteſt, quam *qui obligationem ad carceres ſimili ratione tenet*, eaque munitus eſt, atque adeo ſi debitor eandem recognoſcat, uti *proceſſuali ordinatione Sax.* praeſcripta. BERLICH. *P. II. Concl. 27. n. 31. p. 182.* TOB. JAC. REINHARTH. diſp. *de different. et convenientia inter obligat. ad carceres et litteras cambiales* §. *40.*

 Quod-

Quodſi autem *aliud* debitum exigat creditor, propter quod debitor *ad carcerem ſe non devinxit*, requiritur, ut diſcuſſio bonorum debitoris praeceſſerit; ab incarcerationis autem exercitio inhoari nequit. KAESTNERI *diſp. cit.* §. XI.

### §. CVIII.

Quaeſtio praeterea nonnunquam excitatur, Num debitor, qui ſolvendo non eſt, creditori ſuo *illaeſa conſcientia jurare* poſſit, ſe mutuam pecuniam ad deſtinatum diem ſolutum iri? Ad quam reſpondeo: Perjurium committit debitor, ſi, cum juravit, praevidit, ſe ſolvendo non fore, quoniam jurejurando pollicitus eſt, quod impleturus non erat; ſi autem veroſimiliter credidit, ſe ad praedeſtinatum diem poſſe promiſſam ſummam exſolvere, perjurus non eſt, ſi ſolutio penes ſe non ſteterit.

### §. CIX.

Nec carceri publico ob debitum *modicum* locus eſt. CARPZ. *P. I. c. 30. def. 9.* et, ſi creditor ſciverit, debitorem eſſe obaeratum ac non ſolvendo, et nihilominus tamen cum eo contraxerit. GAIL. *L. 2. obſ. 27. n. 6. in fin.* CARPZ. *P. 2. Conſt. 22. def. 17.* BERLICH. *P. 2. Concl. 28. n. 45.*

### §. CX.

Contra Inſtrumentum, quo debitor ſe *ſub poena carceris* ad ſolutionem debiti erga creditorem obſtrinxit, in proceſſu hoc executivo exceptio *non numeratae pecuniae* hodie in *Saxonia Elect. locum non habet*, niſi *in continenti* ſit liquida. *Ord. Proc. Saxon. Recogn. in Addit. §. 8.*

### §. CXI.

Obligatio ad carceres, quamvis creditor vita etiam functus ſit, de *jure Saxonico 30. annis*, *anno et die Saxonico*, non a die ſcripti docu-

documenti, ſed, *a tempore* ſolutionis *computando*, praeſcribitur. Nam praeſcriptio requirit debitum *exigibile*. Sächſ. Land-Recht *Lib. I. art. 29.* Iure autem *communi* 30. anni ſimpliciter ſufficiunt ad extinguendam obligationem dictam. *Auth* niſi *tricennalis. C. d. bon. mater. L. I. in fin. C. d. annal. Except.* Actio, quae ex obligatione ad carcerem oritur, eſt *perpetua*, unde ejus praeſcriptio demum *citatione*, non oblatione libelli interrumpitur. *L. 2. C. de annal. praeſcript.*

## §. CXII.

Quodſi pecuniae ſumma, quam debitor *eccleſiae* vel *aliae piae cauſae* ſub obligatione *ad carceres* promiſit, deſtinato tempore creditori minus exſoluta ſit; tunc dicta obligatio a die expediendae ſolutionis vel prolongationis praeterlapſae XL. annis praeſcribitur. *Auth. quas actiones C. d. SS. Eccl. c. 4. 6. 8. X. de Praeſcript. Gloſſa ad artic. 29. Lib. I.* L. R. *n. 4. 8.* der Sachſe. Churſächſ. *Conſtit. V. P. II.*

## §. CXIII.

Praſcriptione iſta ad finem rite perducta, nullo modo amplius ejusmodi documentum, quod obligationem ad carceres in ſe complectitur, valet. Obligatione enim *principali e medio* praeſcriptione plane ſublata, omne tunc fundamentum agendi ex ipſo extinctum intelligitur.

## §. CXIV.

Pactum illud, quo olim debitores ſe *ſub pictura famoſa* obligabant ac facultas creditori indulgebatur, debitorem ſuum ſolutione deſtinato tempore non praeſtita, *famoſiſſimis* proſequendi *picturis*, quibus amictus vel dedecoratus debitor moroſus ſumma cum ignominia obambulare tenebatur, hodie ſeveriſſime adeo interdictum eſt, ut nullibi aliquid *von denen Schand-Gemählden* in foris amplius audiatur. De quo legi poteſt Io. Salom. Brunquelli diſp. *de Pictura famoſa. Cap. 2. §. 14. et 15. p. 49. ſqq.* ubi et ejusmodi picturae famoſae aſpici



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-692248-p0085-5

ci poſſunt. Licet haec pactio hodie ceſſet, interim tamen infamis *facti* eſt decoctor doloſus, qui *flavo pileo* incedere jubetur, *Reſolut. Gravam. Sax. d. an. 1661. j. l. 23. quae in fraud. credit.* pro quo etiam debitor fugitivus, et non comparens habetur. *Mand. Sax. El. adverſus bonis lapſos. d. an. 1724. et 1766. §. 10. et 12.* Quisnam in Saxonia Electorali *pro decoctore* habendus; *vid. Banquer. Mandat. d. an. 1766. §. 4. 10. 12. 18. 22. Cont.* Cod. Augustei *tom. I. p. 926. 930. 935. et 937.*

## §. CXV.

Licet in Lege *12. C. d. Obl. et act.* prohibitum ſit, debitorem ſe erga creditorem in eventum non factae ſolutionis ad operas praeſtandas atque adeo efficiendas obſtringere, ut iis creditor ſuum conſequatur; dantur tamen loca, ubi *addictioni debitoris ad operas* creditori exhibendas locus adhuc conceditur, ſi ita inter partes conventum ſit. Vid. §. 120. Talis enim conventio eſt nihil aliud, quam remedium executivum, quo interveniente, *creditor compellit debitorem*, ut ipſi deſtinato tempore, vel ſolvat quod debet, vel loco pecuniae operas et ſervitia in eventum *non factae ſolutionis* promiſſa praeſtet tamdiu, donec ſatisfiat creditori. Mevii *Diſc. levam. inop. debit. c. 4. S. I. n. 21. ſq.* Coler. *de Proc. Execut. P. I. c. 9.* Quae *addictio ad operas* juri divino minus contraria eſſe videtur. *2. Reg. 4. v. 1.*

## §. CXVI.

Priusquam ad finem opuſculi hujus debitorum ad carceres obligationis et Decoctorum poenas enumerantis progrediar; haud incongruum erit, adhuc poenas eorum, quae *defraudatoribus publicorum aerariorum* imminent, annectere, qui nempe *pecuniam* et *fructus ex officio demandato* recipiunt, inque proprium uſum malitioſe convertunt, conſumunt ac decoquunt, atque adeo per foediſſimam ratiocinatorum fraudationem aeraria publica jacturam graviſſimam patiuntur. Quamvis enim nonnulli Receptores adminiſtrationem aerariorum publicorum

rum principum et aliorum dominorum praevio jurejurando ſuſceperint, coelum terramque conteſtati ſint, ſe fidem datam in officio commiſſo ſancte praeſtituram; nihilominus tamen magnas pecuniae receptae ſummas deglutiunt, quas nunquam reſtituere valent. Hos ſane ſe graviſſimis poenis vel maxime obnoxios reddere conſtat, easque adverſus ejusmodi generis homines de jure exequuntur principes juſtiſſimi, blandis interceſſionibus hujus vel illius non aures praebentes. In provinciis *Electoratus Brunſvico-Lüneburgici* ab Electore Sereniſſimo GEORGIO LUDOVICO jam *die 15. April. 1705.* ſevera conſtitutio poenalis contra receptores et *defraudatores aerariorum publicorum* publicata eſt, quae hujus eſt argumenti: *Da hiernächſt einer Unſer* in Rechnung beſtehender Bediente, *welchem mit Geld-Sachen oder andern herrſchaftlichen- oder Landes Einkünften umzugehen, und dieſelben einzunehmen, anvertrauet iſt*, ſeinen geleiſteten Eyd und Pflichten zuwider *die gehobene Gelder oder andere* Intraden, *Uns, Unſerer Rent-Cammer, Kriegs-Caſſe, oder wohin wir es ſonſt verordnet und ſich gebühret*, nicht wird liefern, *oder zu dem jenigen Gebrauch, wozu ſie gewidmet und verordnet, nicht anwenden, ſondern dieſelben entweder zu ſeinen Nutzen und Gebrauch, oder ſonſten anderer Geſtalt, wohin wir es nicht verordnet, wird verwenden, und das Gehobene nicht gehörig berechnen- und* ſo fort liefern können, *derjenige ſoll deswegen, und weil er* wider ſeinen Eyd *und* das ihm anvertraute Amt gehandelt, *da er noch am Leben*, für infam und unehrlich, *wie es ohndem von Rechtswegen iſt*, gehalten, *und nicht allein mit denen auf dergleichen Verbrechen in Rechten verordneten Straffen beleget, ſondern auch, wann es klar befunden worden, daß er* mit Betrug *die Gelder oder Einkünfte entwendet oder untergeſchlagen, und* die Summa ſich zu Ein-Hundert-Thalern oder mehr belauffet, am Leben; *wenn die Summa aber geringer, am Leibe, auf vorgegangene Rechtliche und ordentlich* Cognition *und Verurtheilung geſtraffet werden.*

*Da aber die begangene Untreue mit denen eingenommenen Geldern oder* Intraden *erſt* nach des Verbrechers Tode *dergeſtalt kund und offenbar werden ſolte, daß man verſichert, daß, wenn er noch*

*am*

*am Leben wäre, er ſolches Verbrechen mit keinem Rechts-Grunde würde ablehnen können, ſondern die Lebens-Straffe vorgemeldter maſſen verwirket haben; deſſen Cörper ſoll* zu einem ehrlichen Begräbniſs nicht verſtattet, *oder* da er ſchon begraben wäre, *ſoll er wieder* aufgegraben, *und auſſerhalb des Kirchhofs, wie und wohin wir es alsdann verordnen werden, eingeſcharret werden.* Deinde Ratiocinariis aerariorum publicorum cum pecunia dominica negotiari interdicitur, ſed eam potius ita officioſe cuſtodire, ut eam in continenti, praevia requiſitione principis oſtendere queant. Denique haec ordinatio ad *depoſita* judicialia, et *ad pecunias et reditus* civitatum et univerſitatum bene protenditur, atque adeo redituum adminiſtratores eadem obſequioſe vivere tenentur. *Vid.* Calenberg. Landes-Ordn. *P. I. p. 676. et 677.* Lüneb. Landes-Ordnung. *Cap. II. n. XCIX. p. 761. et 764.* Quodſi ille, qui tanquam furcifer *centum thaleros* pecuniae receptae inique conſumſit, nec eos reſtituere poſſit, ad patibulum condemnetur; multo potius iſte, qui *multa millia* decoxit et reddere nequit, tanquam *trifurcifer* in patibulo corvos paſcere obſtrictus vivit. Ad exactam hujus conſtitutionis obſervationem receptores, qui *Licent*-Einnehmer nuncupantur, ſpeciatim etiam per mandatum d. 14. Aug. 1705. adſtringuntur, quod *Cap. VII.* der Calenberg. Landes-Ordnungen *p. 161.* legitur. Quo receptores publicorum redituum multo curatiorem ac ſanctiorem attentionem ac impletionem laudatae conſtitutioni d. 15. April. 1705. inpoſterum adhiberent, nec defraudarent, eam EXCELSUM CONSILIUM INTIMUM an. 1777. ad omnes redituum publicorum receptores ac adminiſtratores iterum transmiſit, ut eandem ſanctius ac religioſius colerent, defraudatione deteſtanda infamis receptoris *J. L. F. Scharnweberi* merito excitatum. HENRICUS JULIUS, *Dux Guelferbytanus an. 1594.* contra *infidos aerariorum ac redituum publicorum adminiſtratores* ſeveriſſimam quoque ſanctionem publicavit, qua ejusmodi perfidiae homines coerceri et qua poena iſtorum facta animadverſione plecti debeant, jam dilucide praeſcripſit. Etſi haec praeſcriptio paullo amplior ſit, eandem tamen hic adduci haud inconſultum erit. Verba autem ejus ſunt haec: *Daſs, da hiernächſt ein* Amtmann, Schreiber,

ber, Verwalter, Vogt, Vorſteher, Baumeiſter, Bauſchreiber, Zöllner, Förſter, *oder ein jeglicher ander, ſo zu einen höhern oder niedrigen Amte verordnet, und von Unſer, oder eines andern wegen,* Geld, Getraide, Korn, Holtz und anders aufzuheben und einzunehmen *hat von den Leuten mehr an Zinſen, Schulden, Meyer-oder Weinkaufs Geld, und dergleichen einnehmen, denn er berechnet, in Verkauffen und Kauffen, Verleihen und ausmeſſen, unrechten und falſchen, auch des Orts verbothenen Scheffel und Maaß gebrauchen, Saltz, Getraide und dergleichen verkauffen, und in Rechnung nicht einbringen, oder anders mehr unterſchlagen, und ſolches alles in ihren eigenen Nutzen anwenden, oder dergleichen Veruntrauung gebrauchen, ſo Uns oder Unſern Unterthanen und andern Leuten zum Nachtheil und Schaden gereichete; ſo ſollen der oder dieſelbigen unterſchiedlich mit folgenden Poenen beleget werden. Wenn die Summe, ſolcher veruntrauten, unterſchlagen und in ihren eigenen Nutzen betrieglicher Weiſe angewendeten Guts* unter funfzig Gulden *Müntze ſeyn würden, ſollen ſie auf kündliche Erlaubniß der hohen Obrigkeit* des Landes verwieſen werden. *Da ſich aber ſolche Summa* über funfzig Gulden *Müntz erſtreckte, ſollen ſie mit* Staupenſchlägen *des Landes ewig verwieſen werden. Würde denn bemelte Summa* auf hundert Gulden *Müntze oder* darüber *lauffen, ſo ſoll ſie* mit dem Strange vom Leben zum Tode geſtrafft werden. *Vid. Privilegia* der Heinrichs Stadt, und andere Wolffenbüttel. Landes-*Conſtitutiones. p. 158.* Dux *Saxo-Gothanus* FRIDERICUS III. an. 1738. ſeveriſſimam poenam contra fraudulentos et iniquos *aerariorum* ac *redituum publicorum* ac *privatorum* adminiſtratores vel decoctores quoque ſtabilire adactus eſt, iſtorum malitia ac perfidia incitatus. Verba in allegata *Ordinatione* ita lectorem inſtruunt: *So ſoll der Verbrecher im Fall die Poſt 10. Rthl. oder weniger betragt nebſt der ohnehin ſchuldigen Erſetzung auf 3. Monate* ab officio et emolumentis ſuſpendiret, *wo er aber* mehr als zehen *und bis 50. Rthl. der Bedienung gar entſetzet, und wenn es über 50. Rthl noch darzu mit etlich wochentlicher* Gefängniſs-Straffe *beleget; hingegen, wo die Erſetzung nicht geſchiehet, erſternfalls* mit der *Suſpenſion auf ein halbes*

*Jahr*, *andernfalls* mit der Remotion, *nebſt arbitrariſcher Gefängniß-Straffe*, *und dritten falls nebſt der* Remotion *mit leiblicher Arbeit im Zuchthauſe auf ein halbes Jahr*, *und wenn die Poſt über 100. Rthl. anſteiget*, *auf Lebenszeit beſtraffet werden. Welche Straffe jedoch*, *woferne die Erſetzung zwar nicht völlig*, *aber zum Theil geſchiebet*, *nach Beſchaffenheit des ohnerſetzt gebliebenen* Quanti *zu moderiren ſind &c.* In Saxonia Electorali ſpeciatim quoque receptum, quod adminiſtratores pecuniarum, ſi dolo ultra 100. florenos abſtulerint, *ſuſpendio* puniri debeant. CARPZ. *Prax. Crimin. qu. 83.*

## §. CXVII.

Ad hac obligatione debitoris ad carceres differt obligatio ex cambio orta, qua debitor cambialis, non praeſtita determinato tempore ſolutione, *ad carceres* ſe multis in locis conferre tenetur.

1) Si debitor ex cambio conveniatur absque praevia citatione *judiciali* ſecundum *Adp. Ord. Proc. Sax. Elect. recogn. §. 12.* producto collybo in originali a quocunque judice competente *Mandatum Arreſtatorium*, vulgo *einen Captur*-Befehl contra moroſum debitorem impetrari poteſt, ita, ut *cum cambialibus litteris Actuarius judicii* juratus ſtatim mittatur, qui iisdem debitori propoſitis ac ab his *recognitis*, ſolutionem injungit, et, quousque creditori ſatisfactum ſit, debitori perſonale arreſtum annunciat, quod dicunt *dem Schuldner die Wache ſetzen*, quod ratione perſonarum *honoratiorum* in primis obſervari ſolet. *Vid.* BARTHII *Hodeg. For. c. 4. §. 20. lit. a. p. 925.* ubi hic modus procedendi in Saxonia ſigillatim indicatur. *Ius El.* SAXONICUM in *App. Ord. Proc. Emend. §. 12.* ita ſanxit: *Wider die jenigen Perſonen aber*, *welche ſich* nach Wechſel-Recht *verbindlich* obligiren *können*, *wenn ſie mit der Zahlung zu geſetzter Zeit nicht inne halten*, *ſoll einer jeden Obrigkeit*, *wo dieſelben ihr* Forum *haben*, *oder ſonſt nach Beſchaffenheit derer Umſtände aus dem Wechſel-Briefe belanget werden können*, auch ohne vorhero *extra-*

*trahirtes* Wechſel - *Reſcript* (*ohne* Captur - *Befehl*) *dergeſtalt zu verfahren, frey ſtehen, daſs ſie wenn der Kläger den* verfallenen Wechſel - Brief in *Originali* produciret, *und ſich darzu, bedürffendenden Falls, behörig* legitimiret, *ohne vorhergehende* Citation *dem Schuldner* die Wache ſetze, *und daferne derſelbe den Wechſel-Brief nicht ſo fort* diffitiret, *oder erhebliche und uach Art dieſes* Proceſſes *zuläſſige* Exceptiones in continenti *beybringet*, ſo lange im *Arreſt*, *bis er ſich durch wirkliche Zahlung*, *oder andere dem* Creditori *annehmliche Mittel deſſen entbrochen*, *auch da er gleich darwider* appelliren *ſolte*, *behalten möge*; *Jedoch iſt darauf ſo fort*, *wegen der eingewandten* Appellation *gehörigen Orts Bericht zu erſtatten*, cum transmiſſione actorum.

2) In cauſa cambiali debitor in *propria* perſona ad recognoſcendum cambium in judicio comparere cogitur.

3) Si *cambialiter* obligatus in eo recognoſcendo contumax ſit, pro confeſſo, et documentum *pro recognito* tamdiu habetur, atque reus interim ſequeſtrationi committitur, usque cambium productum *jurato diffiteatur*, quod deinde *in continenti* peragere tenetur.

4) Exceptio *non numeratae pecuniae* contra rigorem cambialem non attenditur, niſi ea in continenti *ex confeſſione creditoris* probari queat. *Ord. Camb. Lipſ.* §. 13. et *Ord. Judic. Mercator. Lipſienſ. Tit. XI.* vers: allermaſſen. Sed ejus generis exceptiones *ad reconventionem* rejiciuntur, ita quidem, ut, ſi cambium in *tertii* poſſeſſoris manu ſit, debitor hac exceptione aut alia, veluti *compenſationis*, *ſolutionis &c.* adverſus *tertium poſſeſſorem* nullo modo ſe tueri poſſit. *Vid* Churſ. *Mandat. d. an.* 1699. in der Stadt Leipz Ordn. *p.* 101. *Cod. Aug. p.* 2067. *et Adp. Ord. Proc. Sax.* §. 15. *Ord. Iud. Mercat. Lipſ.* §. 15.

5) Creditor adverſus debitorem ſuum *cambialiter acturus* obſtringitur, ut ſumtus ad debitoris cuſtodiam et alimenta neceſſarios

una cum expenſis in capturam et cuſtodiam erogandis Sitzgebühren congruo tempore det, atque adeo praenumeret; eaque de cauſa ab initio ſtatim cautionem praeſtare teneatur; ſumtus tamen hos poſtea ex rigore cambiali a debitore repetere licet creditori. *Adp. O. I. Sax. El. Recogn. §. 12.* ubi diſponitur hunc in modum: *Und ſoll im übrigen der Kläger, die zu des Schuldners* Arretirung *und Unterhalt nöthige Koſten, nebſt deren Sitzgebühren, von Zeit zu Zeit vorſchieſſen, auch deswegen gleich Anfangs* Caution *beſtellen, und ſich deswegen nachgehens hinwider an den Beklagten nach Wechſel-Recht halten.* Add. Henneberg. Wechſel - Ordnung Schleuſingiſchen Antheils *§. XI. in Contin. Codic.* AUGUSTEI *p. 1136.* RIVINI *En. Iur. ad Tit. LII. Ord. Proc. Sax. En. 2. ſqu.* Hinc in Saxonia non amplius obtinet, quod WERNHERUS *P. IX. Obſ. CXXIX.* tradidit, inquiens: Creditor cambialis, qui ad carcerem adverſus debitorem agit, mercedem cuſtodibus ſolvere non tenetur. Conf. tamen circa hoc argumentum WERNHERUM *P. 9. Obſerv. 185. p. m. 361.* qui uxori incumbere officium alendi maritum pauperem in arreſto a debitoribus detentum defendit.

6) *Praeſcriptio* cambialis in cambio *proprio* non-mercatorum in *Saxonia Elect. quadriennio* abſolvitur a tempore termini ſolutionis praeterlapſi *von der Verfall-Zeit an*, quo finito, in ſpeciem *ſimplicis* chirographi mutatur. *Vid.* Churſächſ. *Add. O. P. Sax. El. renov. §. 16.*

7) Licet ex litteris cambialibus in loco, ubi jus cambiale *non viget*, cambialiter minus agi poſſit; hoc tamen ibi omnino fieri poteſt, ſi in litteris collybiſticis debitor ſolutionem *in aliquo loco*, ubi jus cambiale non eſt introductum, praeſtare pollicitus eſt, vel in iſtis debitor ſe ſpeciatim obligavit: *Daß er* aller Orten, *wo er belanget würde.* nach den *N.* Wechſel-Recht *zuſtehen und Recht zu nehmen ſchuldig ſeyn wolle.* *Vid.* Altenb. Wechſel-Ordn. *cap. 1. §. 5.* Quin imo ſi debitor camb'a'is *eludendi perſona-*

*ſonalis arreſti* gratia ſeceſſionem fecerit eum in locum, ubi jus cambiale uſu vel lege *haud invectum;* nihilominus tamen ibi valide cambialiter conveniri poſſe, docet BERGER. *Elect. Diſc. For. Tit. V. 3. n. 4. p. 137.* Conf. BARTH. *Hodeg. Forenſ. Cap. IV. §. 4. p. m. 833.*

8) In litteris cambii *non requiritur jam facta* debitoris bonorum excuſſio jure Saxonico et aliorum locorum lege, in quo autem cambium et pactum obligationis ad carcerem concordant in Saxonia.

9) In iisdem igitur *nec bonorum ceſſio* liberat a carcere debitorem. Conf. b. ABR. KAESTNERI diſp. *de obligatione ad carcerem ex cauſa debiti. Lipſ. hab. 1723.* et V. C. IOH. FRID. KOBII Comm. *de pecunia mutuaticia tuto collocanda. Cap. III. §. 26. p. 41.* cujus autor exquiſitiora tradit, quam inſcriptio tituli modeſte promittit.

## §. CXVIII.

Obligatio *ad obſtagium* etiam ab obligatione debitoris *ad carcerem* eſt diverſa. Illa enim, nomine ante diem non expuncto, debitor interpellatus *diverſorium publicum ingredi*, in eo tamdiu ſubſiſtere, donec creditori ſatisfecerit, obſtringitur. Quodſi debitor locum deſignatum haud ingreditur, per ſententiam *obſequium* ei injungitur et quidem cum comminatione poenae *des Schuld-Thurm.* Sententia ita habet: *Iſt beklagter alſo fort nach* Inſinuirung *dieſes ſich nach den öffentlichen Gaſt-Hof N. zubegeben und das ihm daſelbſt vorgeſtellte Einlager zu halten ſchuldig, mit der* Commination, *da er dem nicht alſo nachkommen wird, daſs auf den fall er in die Straffe des Schuld-Thurm iezt alsdann und dann als iezt gefallen, und darauf ferner gegen ihn ernſtlich verfahren werden ſoll.* Contractus ad obſtagium hodienum in terris *Sleswico-Holſaticis, Hadelenſibus* obtinere conſtat. CAROLUS V. *Imp.* litteris civitati *Gelnhauſen* et aliquot civibus Spirenſibus an. 1349. datis ſe ipſe ad obſtagium obſtrinxit. *Vid.*

*Exam. meum* de *dominio pignoris &c. p. 106.* LEHMANN. *Chron. Spir. L. 7. c. 42. p. 702.* Multa Ducum, comitum et nobilium, civium Inſtrumenta cum lectoribus communicavit immortalis memoriae Vir, de WESTPHALEN *in Monum. inedit. Tom. IV. p. 960. ſqq.* SCHEIDT *de Nobilitate p. 153.* EJUSD. *Mantiſſ-Docum. p. 408. 470. et 472.* IDEM *in Bibliotheca Hiſtorica Goettingenſi p. 143.* Ubi in litteris transactionis inter *Bernhardum* et *Henricum* Duces et Ordines Provinciales *Luneburgicos* an. 1392. initis animadvertimus, quod Principes, territoriorum Domini, ſubditis ſuis ſub vinculo obligationis ad obſtagium fidem dare non dubitaverint. Interum tamen de obligationibus *Imperatorum Ducum* et *principum* ad obſtagia cum ſubditis ſuis contractis beat. *de* WESTPHALEM *l. c. p. 974. ſq.* explorate ita judicat: *Caeterum otioſa eſt eorum cogitatio, qui praeeunte* STRUVIO *Hiſt. Iur. c. 6. §. 36. perhibent:* Regem Daniae et Duces Holſatiae a creditoribus vocari *ad Nundinas*, ibique *in cuſtodia detineri poſſe*, ut creditoribus ſatisfaciant. *Cerebrina eſt haec jurisprudentia, quae paedantiſmum ſapit. Nunquam enim ejusmodi caſus exſtitit, nec exſtiturus umquam eſt, niſi cogitaveris nimis recte de Imperantium fide, judiciis et Iurisdictione, inepte vero de* ſubditorum *officiis et prudentia. Quodſi enim olim, vetuſtiori aevo obligatio dominorum* territorialium *clauſula obſtagiali fuiſſet munita; abundans tamen fuiſſet*, *et ex parte* ſubditi contrahentis *periculoſa; uſu tamen et effectu deſtituta. Fac enim*, creditorem *eo proceſſiſſe, ut civili ac morali ratione poſthabita*, Principi *obſtagium denuntiaſſet; Quis quaeſo ſubditorum, quis magiſtratuum et Iudiciorum ejus miniſtrorum, id poteſtatis ſibi datum putaſſet, ut* Dominum territorialem *mandatis* obſtagialibus *proſequeretur; qui commodum* privati *iſtius ſaluti publicae et regimini praetuliſſet, quis coegiſſet* Imperantem, *quilibet non fide et pacto, judiciis tamen privatis et ſententiis ſubditorum ſe ſolutum profitetur; in cujus enim poteſtate eſt*, proceſſum obſtagialem et ipſa obſtagia, *legislatoria auctoritate abrogare.* Quod ICti *de citatione ad Nundinas et cuſtodia ibidem* addunt, parum abeſt a fabula. *Non enim ad nundinas citantur, ſed tempore* plerumque nundinarum ſolemnium Chilonienſium *h. e.* *tempo-*

*tempore ſolutionis, debitores admonentur praeſtationis fidei.* Nec Kiliae ſaltim, *niſi rariſſime debitoribus indicuntur ſervanda obſtagia, quae plerumque* alibi in diverſoriis, *ex arbitrio creditorum, debitoribus praefiniuntur.* Quibus etiam adſtipulatur beat. CHRIST. LUDEV. SCHEIDT *de Nobilitate p. 155.* arbitrans: *Jch glaube übrigens nicht, daß aus ſolchen Verbindlichkeiten* ad obſtagium *etwas, welches der* Landes-Hoheit *verkleinerlich ſeyn könte, erweißlich zu machen ſeye; und vermuthlich hat man damals aus dergleichen gewönlichen Beveſtigungen eines Handels ſich eben ſo wenig gemacht, als man heutiges Tages daraus machet, wenn ein* Fürſt *in einer* Cammer-*Obligation* ſeinen Bauren *alle bereiteſte Güther* zur *hypothec verſchreibet.* Interim tamen D. GODOF. RUD. POMMER in *Collectione* Hiſtoriſcher und Geographiſcher Merkwürdigkeiten, voce Bernau in der Mittelmarkt p. 358. refert: *Hieher muſte Johann III. Hertzog zu Mecklenburg* vi pacti obſtagii *ſo lange einreiten, bis er Churfürſt Friedrich die 3000. Schock Böhmiſche Groſchen* i. e. *6000. rthl. wegen ſeiner Gefangenſchaft zur* Ranzion *erleget hatte.* Inſtrumentum ipſum obvium eſt in beat. *Dn. de* WESTPHALEM *Monum. inedit. Tom. IV. p. 1045.* Iure DANICO etiam *obſtagium* contra debitores non ſolventes locum habere poteſt, quod ibidem ſub voce *liberae cuſtodiae* venit. *Vid. ſupra* §. 17. Etſi praeterea in Imperio Rom. German. per *Receſſum Imp. de an. 1577. tit. 17. §. 10.* obſtagium propalam abrogatum eſt; ejus tamen abrogatio *non ſimul conventionem obligationis debitoris ad carcerem* ſuſtulit ac interdixit; neque tamen ſublatio obſtagii ubique locorum contigit, ut relatum eſt.

## §. CXIX.

Conventio quoque, qua debitor vel fidejuſſor ſe, ſi in ſolutione ceſſet, obſtringit non quidem *zur Leiſtung*, ſeu ad obſtagium; attamen *ad certum locum* donec creditori ſatisfaciat, inde non receſſurum, etiam num hodie in *Saxonia*, quoque *Electorali* uſitatum et ſtabile eſſe, teſtatur MOLLER *L. 3. ſemeſtr. cap. 30. n. 6. ſqq. p. 347.* illud-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-692248-p0095-5

illudque aliquoties in *Scabinatu* et *in aula* adprobatum eſſe. CARPZ. *P. II. Conſt. 22. def. ult.* IO. OTT. TABOR *ad Conſt. Holſat. de Iure obſtagii. c. 3. n. 6*, et ZEIDTLERI diſp. *de Carcere debitorum §. 45.*

## §. CXX.

Ab obligatione debitoris *ad carcerem* etiam diverſa eſt *addictio debitoris ad manus creditoris die Uebergabe des Schuldners an den Gläubiger zur Hand und Halfter.* Quae etiam absque praevia pactiore fieri poteſt, quotiescunque debitor obaeratus *praeter ſe nihil* amplius in bonis poſſidet, ex quo alienum aes contractum diſſolvere poteſt. Nam tunc debitor cujuscunque conditionis aut dignitatis, a judice per creditorem inſuper implorato, creditori tamdiu, usque integram pecuniae ſolutionem praeſtitiſſet, vel fidejuſſoribus aut pignoribus caviſſet, tradebatur ad famulitium ſive ad ſervitia Germanorum; et, ſi de fuga ſuſpectus eſſet, vinculis inſuper obſtringi poterat. In *Saxo* GOTHANIS *Proc. Ordn. P. I. c. 20.* ALTENBURGICIS *Ord. Proc. P. I. Tit. 39.* ISENACENSIBUS *Ord. Pol. Iſenac. d. an. 1702. Tit. 29. §. 1.* COBURGICIS, HILDBURGHUSANIS, MEINUNGENSIBUS terris, in ditione RÖMHILDANA, THEMARIENSI et *Saxo*-SALFELDENSI uſu nonnunquam exerceri *Addictionem ad manus* referunt LYNCK. *Reſol. Diſc. For. 272. p. 422.* IO. TOB. HOFFMANN. diſp. *de juſtitia poenae capitalis debitoribus imponendae. p. 39.* IO. FRID. KOBIUS *Tr. de pecunia mutuaticia tuto collocanda. p. 39.* VOGT. *de Addictione ad manus.*

## §. CXXI.

Denique ad cognata haud male refertur *Conſtitutum Poſſeſſorium*, in quo *debitor creditori ſuo pro ſui debiti ſecuritate poſſeſſionem* in *re*, alioquin quoad proprietatem *ſua*, quod illam *creditoris nomine poſſidere velit*, teſtibus praeſentibus, vel documenti cujusdam interventu, conſtituit. *L. 18. pr. ff. de acq. vel amitt. poſſeſſ. vid.* COLER. *d. Proc. Exec. P. I. c. 10. n. 150.* TIRAQUELL. *de Iure Conſtit. Poſſeſſ.*

§. CXXII.

## §. CXXII.

Subinde etiam contingit, quod e carcere vel a manus addictione debitores ſe liberare queant praeſtando *fidejuſſores* vel cautionem *pignoratitiam*. Hoc enim ſolatio debitoribus conceſſo et ipſis creditoribus nonnunquam bene ſuccurritur, quippe qui fidejuſſores aut pignora acceptando citius conſequuntur ſuam ſatisfactionem, quam per incarcerationem vel adjudicationem debitoris ad manus. Is enim alioquin ſolvendo dicitur, qui idoneos fidejuſſores ſiſtere poteſt *L. 24. §. ult. ff. d. fidejuſſ.* neque is dicitur excuſſus, cui reſtant *pignora ſufficientia.*

## §. CXXIII.

Neque illi, qui doloſe et propria culpa ludendo, luxurioſe vivendo, heluando, commeſſando, meretrices aliorumque uxores furtim inſectando, excurſiones pretioſas faciendo, aliisque modis ſceleſtis infraudem creditorum delinquendo ſibi egeſtatem conciliarunt, digni ſunt, quibus reſcriptorum moratoriorum gratia indulgeatur et conferatur. Hi homunciones dies noctesque eo allaborant, ut ſuo luxu ac defraudatione etiam alios viros frugaliter viventes ad inevitabilem inopiam redigant; unde ejusmodi decoctores in *Reformatione Politica d. an. 1548 et 1577. lit. 23. p. m. 766.* von verdorbenen Kauffleuten. verbis: einen Diebſtahl wohl vergleichen, furibus merito aequiparantur. Proinde honeſti creditores aliique non abs re credunt, ſi talibus Bancoruptoribus poenae ſeveriori ſubjectis, hac finita, deinde quoque omnium dignitatum et beneficiorum portae, tanquam infamibus et vitae turpitudine iniquinatis atque honeſtorum coetu ſegregatis praecludantur, juſtiſſime agi, quod et *Reformationes Politicae* l. c. exigunt. *Vid.* Stryck. *diſp. de abuſu Reſcriptor. moratoriorum Cap. 2. §. 4.*

## §. CXXIV.

Omnia ſane juris media, quibus debitores tempore ſolutioni deſtinato non ſolventes ad liberandam fidem ſerio adſtringuntur, omni

laude digna et maxime venerabilia ſunt; ea vero, quibus anſa huic vel illi debitori ſolutionem debiti contracti honeſtis creditoribus ſubtrahendi et actionem inſtitutam elidendi vel illudendi indulgetur, e republica exterminari deberent, ut ſalus publica inter cives et ſubditos rectius floreret ac defraudationes debitorum vafrorum exularent. Fortaſſe in iis locis, ubi *jus cambiale nondum introductum* et debitores infidi carceri minus mancipantur, ſed ſine ulla coercitione caſtigati obambulant, conduceret, ſi haec *conventio obligationis debitoris ad carceres in cauſa debiti* in ſubſidium ſubinde vocaretur, ut eadem ad fidem creditori datam implendam certius compellerentur debitores.

---

*Ad debitores perfidos.*

Noſtra *ſub fidei velo* ſpoliantes *furibus manifeſtis* deteriores praedicantur et *ſacrilegis*, qui ſanctiſſimam fidem, ſocietatis humanae vinculum *violant*, ut et *latronibus*, dum in foro et inter publica jura, opus non modo aliorum, ſed etiam vitam, quae ſine opibus integra eſſe non poteſt, invadunt, *acquiparantur*. Bastineller. diſp. *de jure creditor. litter. camb. &c. p. 10.*

---

*Errata typographica.*

p. 6. lin. 1. lege *obligare*. p. 8. lin. 21. lege *fraudulento*. p. 13. lin. 28. lege *conſtituta*. p. 27. lin. 11. lege *cediren* pro crediren. p. 30. lin. 11. lege *edictaliter*. p. 23. lin. 24. lege *praeſtitae*. p. 68. lin. 3. lege *inchoare*.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-692248-p0098-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-692248-p0099-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-692248-p0100-8

Ko 2960

ULB Halle 3
005 724 996

VD18

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-692248-p0101-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-692248-p0102-9

22 1 S. 21 · num. a a

CHRISTIANI GOTTLIEB RICCII
PROFESSORIS IVRIS ORDIN. GOETTINGENSIS.

# DELINEATIO IVRIS GERMANICI, DE CONVENTIONE OBLIGATIONIS DEBITORIS AD CARCEREM IN CAVSA DEBITI

P. 49

AD DEBITOREM SVBDOLVM

*Sollicitum te cura tenet, non quomodo ſoluas;*
*Quomodo non ſoluas, maxima cura tua eſt.*

Ko 2910

GOETTINGAE
SVMTIBVS VICTORINI BOSSIGELII ET FILII
MDCCLXXVIII.

KŒNFRIED UNIVERS. ZV HALLE

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-692248-p0103-5